Epigrammatographie

oder

Sammlung von Inschriften

der

ältern, mittlern und neuern Zeiten

der niederdeutschen Provinzen

welche historische Fragmente, Grabschriften, Lobreden und ruhmwürdige Denkmäler von erlauchten, berühmten und gelehrten Männern enthält.

Darunter die mehresten ungedrukt sind.

Von

J. W. C. A. Freiherrn von Hüpsch.

Zweiter Theil.

EPIGRAMMATOGRAPHIA

SIVE

Collectio Inscriptionum

antiquioris, medii & recentioris Ævi

PROVINCIARUM GERMANIÆ INFERIORIS.

Quæ Fragmenta historica, Epitaphia, Elogia et Monumenta panegyrica Virorum illustrium, clarorum et Eruditione celebrium continet.

Inter quas plurimæ ineditæ occurrunt.

A

J. G. C. A. Barone de HUPSCH.

PARS SECUNDA.

1.

De Antiquitate Urbis Trevirensis, *in vita S. Annonis rhytmice conscripta initio Sæc. XII.*

Triere was ein Burg alt,
Si cierti Romere gewalt,
Dannin man unter dir erdin
Den win santi verri,
Mit steinin Kinnen
Den herrin al ci miunin
Die ci Kolne warin sedilhaft
Vili michil was diu iri craft.

Apud MART. OPIZIUM, et post eum SCHILTER in Antiq. Theut. Thes. Tom. I.

Verbalis interpretatio.

Treviris erat urbs vetusta
Ornabat Romanorum potentiam
Inde sub terra
Vinum mittebant procul
Lapideis canalibus
Dominis valde caris,
Qui Coloniae residebant.
Valde magna erat tunc ipsorum potentia.

2.

De initio Civitatis Coloniensis, *ibid.*

Du wart gesant heirro Agrippa
Daz her diu Landt birechta,
Daz her eine Burg whorte
Ci diu daz in dat Liuht vorte
Die Burg hiz her Colonia,
Da warin sint herrin maniga
Auir na selbe demo namen sinin
Ist sie geheizin Agrippina
Ci dere Burg vili dikki quamin
Di waltpodin vame Rome,
Di dir oug er dar in lantin
Veste Burge havitin.

Ibidem.

Tunc missus dominus Agrippa
Ut has regiones gubernaret,
Ut aliquam urbem conderet,
Ut in eam populum duceret,
Urbem illam vocavit Coloniam,
Ibi erant domini varii,
Sed secundum nomen suum
Appellata est Agrippina,
Ad hanc urbem multoties venerunt
Legati de Roma,
Qui etiam in his terris
Firma castra habuerunt.

3.

De initio parvæ Trojæ s. Xanti, *trad. ex eadem.*

Franko gesaz mit den sini	Francus consedit cum suis
Vili verre nidir bi Rini,	Valde procul inferius ad Rhenum,
Da worhtin si du mit vrowedin	Ibi struxerunt cum gaudio
Eini Lüzzele Troie,	Parvam Trojam,
Den bach hizin si Sante	Rivum vocarunt Santum
Na demi wazzere in iri lante,	Secundum aquas in eorum terra,
Den Rin havitin si vure diz meri	Rhenum habebant pro mari,
Dannin wuhsin sint Vreinkischi heri,	Inde creverunt Francicae copiae,
Di wurden Cesari al unterdan	Quae omnes Caesari subjecta fuere;
Si warin imi jedoch forchsam.	Erant tamen ei terribiles.

ibidem.

4.

Tuitii, *Lapis inventus in ruinis de munimento* Tuitiensi.

DIVITENSE. MVNIMENTVM.
IN TERRA. FRANCORVM.
AB. IMP. CÆS. CONSTANTINO.
PRO. MILITIBVS. IN. TVTE
LAM. GALLIARVM. COLLOCANDIS.

ex Schedis B. de Hupsch.

5.

Elogium Urbis Bonnensis, *quod olim ibidem extitit.*

Bonna solum felix, celebris locus, inclyta tellus,
Florida martyrio, terra sacrata Deo.
Exulibus requies, Asylum mite fuisti,
Semper et externi te reperere suam.
Inde suas nobis turres ostendit, opesque,
Templaque cum laribus Bonna superba suis.

Ex iisdem.

6.

Bonnæ, *in tumba Ss. Caſſii & Soc. M. propè altare S. Magdalenæ. renovatum* 1707.

D. O. M.
IN HONOREM Ss. CASSII et SOCIORVM THEBÆORVM
MARTYRVM.
HÆC SOCIVM SACRÆ ME CLAVSIT PETRA COHORTIS,
QVAM VERONA TIBI TVRBA THEBÆA DEDIT.
LEGIO PRO CHRISTO MORTEM SVBIT ILLÀ CRVDELEM.
HVIC SOCIATVS EGO CLAVDOR IN HOC TVMVLO.

ex iisdem.

7.

Coloniæ *de fundatione Eccl. S. Gereonis, per B. HELENAM initio Sæc. IV.*

Regibus exemplum, sacroque carismate plena
Condidit hoc templum sancti Gereonis Helena
Pagana nata, Judaea, fit inde renata
Inventrix sanctae Crucis almo Pneumate flante
Septuaginta duo collegia fundat amoena
Donans perpetuo Thebaeis mater Helena.

8.

Aliud ibidem.

Divitias peperit quasi mater honorificata
Religio, quod ait sententia Gregoriana
Proleque vastata, mater nec prole beata
Dum disciplina cessat, regnatque simultas
Deficit Ecclesiae virtus, pariterque facultas.

Gelen de Magnitud. pag. 170.

9.

Ibid. in Crypta, in tumba marmorea in elevat. S. Gregorii per ANNONEM Archiep. ad 1066.

Princeps Maurorum Gregorius astra Polorum
Scandens, ad mortem dat se suamque cohortem.

In hac tumba conditum est corpus S. Gregorii Principis et Martyris.

GELEN. de Magnitud. pag. 262.

10.

Ibid. in Columna lapidea.

Adde fidem, fuit hic pridem fusus cruor idem,
Ad Lapidem fidem nec male punit idem.

GELEN. l. c. p. 260.

11.

In restaurationem ejusdem templi, per CARETERNUM Episc.

Aurea templa novas specioso fulta decore.

VENANT. FORTUN. ad eundem.

12.

Coloniæ *in Eccl. S. Ursulæ de restitutione ejusdem Basilicæ per CLEMATIUM circa initium Sac. V.*

DIVINIS FLAMMEIS VISIONIBVS
FREQVENTER ADMONITVS VI VIRTV
TIS MAGNAE MAIESTATIS MARTYRII
COELESTIVM VIRGINVM IMMINEN
TIVM EX PARTIBVS ORIENTIS
EXHIBITVS PRO VOTO CLEMATIVS
VIR CONSVLARIS DE PROPRIO IN
LOCO SVO HANC BASILLICAM VOTO
QVO DEBEBAT A FVNDAMENTIS
RESTITVIT

Coloniae.

13.

Ibid. in Sepulchro S. Ursulae sub CUNIBERTO Ep. circa 644.

SEPVLCHRVM SANCTÆ VRSVLÆ
INDICIO COLVMBÆ DETECTVM.

14.

De fundatione Monast. B. M. in Capitolio facta per B. PLECTRUDEM, quae obiit c. 718.

Plectrudis Regina dolens, animumque resumens
Sat cautè gessit gazis habitisque recessit,
Pergit Agrippinam, disponendo Libitinam
Mundum despexit, dominoque fidelis adhaesit:
Ac inibi claustrum statuens multum pretiosum
Hocque puellarum titulando, Rosamque rosarum,
Eligit ipsa piam patronam rite Mariam.
Praedia multa parat, claustro magnalia donat,
Haec circumspexit per singula strenua rexit.

GELEN. de Magnit. p. 323.

15.

Epitaphium B. PLECTRUDI positum a Comit. de Schwarzenburg.

Hic sita Bojugenum Plectrudis sanguis avorum,
Magna Palatino stemmate, magna thoro,
Magna Drogone parens, Grimaldo martyre major,
Alpaidisque odio, maxima facta polo.
Magna patrocinio Lamberti praesulis, inque
Curriculo vitae, martyrioque fuit.
Magna Marianum condens Capitolia templum,
Magnaque Virginei claustra locando chori.
Nomina sunt magna haec: par gloria magna coruscat,
Coelica quae magno digna fuere Deo.
Si Carolus magnis dicatur magnus ab actis
Plectrudis dici maxima jure potest.

ibid. p. 329.

16.

Coloniæ.

Per eosdem.

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu,
Faxit, in aethereo vivo beata polo.
Pro lacrymis totum tumulum inspergite Majum,
Sint thyma Narcissis, lilia mixta rosis.
Plectite florigeras Plectrudi templa coronas:
Cui mera dat coelum gaudia, terra neget?

GELEN. p. 329.

17.

Ad S. Gereonem in Sacello S. Helenæ Epitaph. HILDEBERTI *Arch. ob.* 757. *juxta calculum Cointii* 761.

Hildebertus meritis qui fulsit Episcopus almis,
Assumptus coelo hoc jacet in tumulo.
Obiit anno incarn. Dni D. CC. LVII. IV. Kal. July.

GELEN. de Magnit. p. 270.

18.

Ibid. in Sepulchro HILDEBOLDI *Arch. qui obiit* 819. *renov.* 1638.

Hoc in tumulo jacet corpus sancti Hildeboldi
Coloniensis Archiepiscopi reconditum.

19.

Ibidem.

Venerare qVI transIs ossa HILDeboLDI
CoLonIensIs epIsCopI, qVae IsIIC reqVIesCVnt
In gLorIa.

Coloniæ.

20.

Ibid. supra tumbam HILDEBOLDI.

HIC VIgIntI heroes, bIna LegIonIs thebaeae
ManIpVLa, In VnICo posItI sarCophago
reqVIesCVnt.

GELEN. de Magnit. pag. 269.

21.

In Metropol., in ingressu per portam occident. ad Columnam in marmore albo Epitaphium EMUNDI Comitis; forsan qui cum HADEBOLDO Arch. Missus regius fuit 823.

Inclitus ante fui Comes Emundus vocitatus,
Hic nece prostratus, subtegor, ut volui.
Frisheim sancte meum tibi Petre fero Comitatum
Et mihi redde statum, te precor, æthereum.
Hæc lapidum massa Comitis complectitur ossa.

ibid. p. 240.

22.

In Eccl. S. Pantaleonis Epitaph. BRUNONIS Arch. † 965.

Fundite corde preces, lacrimosas mittite voces,
Ecce Pater patriæ conditur in silice.
Regia progenies, terras memoranda per omnes,
Bruno pacificus, vir bonus atque pius.
Archos Antistes, cui clara Colonia sedes,
Visus erat cunctis charus ubique bonis.
Offendit tenebras lux vivacissima terras,
Invida lingua tacet, laus modô vera placet,
Non fuit hic mundus tam raro munere dignus,
Raptus ab hoc, novo jam fruitur Domino,
Idibus Octobris quinto, præsul duodenus,
Vitæ concessit, spes comes alma fuit,

BROELMAN in Mspt. annal.

Coloniæ.

23.

De fundatione Colleg. S. Andreæ. A. 974.

Anno Dominicae incarnat D. CCCC. LXXIV
Indictione scda, quinto nonas may
dedicata est haec domus Dni à
Gerone Reuerendissimo Archiepo in
Honore sci Andree Apli et oim
Aplor. xpi. et in hac Dei ara conti
nentur reliquie sci Matthei Apli
et Evangeliste, nec non sanctor. Mrm.
xpofori. Laurentii. Ciriaci. Cosme et
Damiani. Cecilie et Agnetis

è Schedis D. ALFTER.

24.

In ambitu S. Gereonis in lapide arenario.

✠ PRESBITER. CIRIGI. SEX.
CI.... NS. MORBVS ARCAM.
- -
- -
DNI. DCCCXL. - - - - - - - - -

è Schedis B. DE HUPSCH.

25.

In Eccl. B. M. V. ad Grad. Epit. RICHEZÆ Reginæ. † 1057. renov.

Anno Dom. incarnati. MLVII *2do (* MLXIII)
Idus Aprilis Richeza Regina ab
Annone II sedis hujus venrbli
Archiepiscopo, præsentis Eccle-
siæ fundatore, cum ingenti toti
us Cleri populiq. frequentia
honorificè sepulta est et per
ipsum inducta Pontificem duobus or
natissimis prædiis S. P. * collatis Nono Ka
lendas Aprilis obiit. (* S. Petro)

è Schedis D. ALFTER. Vid. et GELEN. l. c. p. 313.

26.

Ibid. ad S.Gereon. de B. ANNONE Arch. amplificatore eccl. 1066.

Ex Divûm monitu compunctus episcopus Anno,
Quicquid habere potest, divinis cultibus offert;
Jussit et adstantes appingier ordine Patres
Vrbis Agrippinæ sanctæ veritatis amicæ,
Pro quibus in coelis laetabitur ipse fidelis.

Gelen. l. c. p. 261.

27.

Ibid. ad S. Georgium Inscriptio, posita 1067. *supra portam Eccl.*

Martyris egregii pollens micat aula Georgi,
  Cujus in hunc mundum spargitur altus honos,
Carcere, cede, fame Vinclis, Site frigore Flammis
  Confessus Christum ducit ad astra Caput,
Qui virtute potens orientis in arce sepultus.
  Ecce sub occiduo Cardine praebet opem.
Ergo memento preces, et reddere Vota Viator
  Obtinet hic Meritis quae petit alma fides.
Condidit antistes Anno pius ista decenter,
  Proficiant animae quae Nova templa suae.
Anno Milleno decies Sex addito Septem
  Extitit erectum, quod modo cernis, opus.

è Schedis B. de Hupsch.

28.

Ibid. Inscriptio Candelabri cuprei in choro S. SEVERINI olim legeb. circa 1090.

Presulis Annonis memor Arnoldus junioris
Supplicat, ut coelis micet ipse lucerna fidelis,
Et precibus teneat, quem prepositum faciebat.
Sit tibi concivis inter candelabra lucis
Pro queis corde pio miti dat et hoc Severino.

Gelen. l. c. pag. 276.

Sibergæ.

29.

Inscriptiones prætiosæ Hierothecæ S. ANNONIS II. Fundat.

Ab uno latere sub statua S. Annonis.

Memor esto Congregationis tuae, quam fundasti.
Alme pater patriae, plebem sacer Anno tuere,
Quosque foves membris, his fer opem miseris.

S. Materni.

Iustum deduxit Dominus per vias rectas.
Primus Agrippinae, Maternus rexit ovile

S. Severini.

Ostendit illi regnum Dei.
Inde Severinus nituit coeli quasi sidus.

S. Evergisli.

Dedit ei Scientiam Sanctorum.
Presul Evergislus successit martyr opimus.

S. Cuniberti.

Honestauit illum in laboribus.
Prenitet insertus Superis merito Cunibertus:

S. Agilolfi.

Compleuit labores illius.
Martyrii lauro micat ast Agilolfus ut auro.

S. Heriberti.

Immortalis memoria ejus.
Vera Salus per te sit Christicolis Heriberte.

B. M. Virginis ab alio latere.

Virgo Salutaris, pelagi que stella vocaris,
Nos vice materna protege, salvifica.

S. Michaelis.

Signifer aethereis Michael prelate choreis,
Exime nos morti, transfer ad astra poli.

S. Benigni.

Benignus dicor et sum.
Pro meritis digne nos audi Ste Benigne.

S. INNOCENTII.

Nos Innocenti virtute tuere potenti.

S. VICTORIS.

Nomine conspicuus Victor capit astra decorus

S. VITALIS.

Martyr Vitalis fer vitae commoda nobis.

S. DEMETRII.

En subit aethercam gaudens Demetrius aulam.

D. ALFTER ex tumba.

In pedo archiepali ANNONIS.

Tytire coge pecus, coccos ne ducito coecus,
Moribus esto gravis, Rector fore disce suavis,
Astu Serpentis, volucris, tege simpla gementis.

30.

Ib. in Templo nob. Abbat. Epitaph. S. ANNON. II. Arch. ob. 1075.

Patribus egregiis ornata Colonia multis
 Ecclesiae speculum misit ad hunc tumulum.
Emicuit mundo nova Lux Annone secundo
 Qui per cuncta suo par erat officio.
Mensibus hoc denis, annis octoque vicenis
 Quarto Decembris lux tulit ante Deum.

Coloniæ.

31.

In tumba S. SEVERINI, Elog. HERMANNI III. Arch. circa 1090.

Praesul praesentis Hermannus Tertius urbis,
Res Patronorum cupiens augere suorum,
Ossa Severini capsae prius indita vili,
Splendidiore domo, gemmis decoravit et auro,
Quem pro peccatis juvet hujus gratia Patris,
Compensans Votum, simul hoc laudabile donum.

GELEN. p. 273.

32.

Cæsaris-Insulæ

Ad portam rhenensem in lapide inverso.

AB ANNO - - - - - - - - - - - -
IVSTICIE CVET ORM CE FAC
CESA AQ̄OR IVANDA. FRIDER.

è Schedis B. DE HUPSCH.

Coloniæ.

33.

In muro civitatis apud portam Eigelstein, (circa 1137.) lapis in long. 5½ & in lat. 2 pedes.

✠ NOMINA. CV̄IV. DE W̊RING.
THHDĖRICI. II. ROTGER. LVDEGĦIN.
II. HERIMAN. II. W̊EN̄RA. II. TIEDoHEI.
Mo. LĀB, REĦ. FRIĦEĪAT. BERNERG
ORT. LlEF. WiLLER WiLLELLD. DVRA.
BALĐ. W̊LB̄o. IVGVRT. WEZZEL. BASIL9 EN
GELRG. EZELiN. ĒVHRI. WZEIN. LVĐLe. GE
ZELIN. RONG. HEC. FACtA. S̄. SVB. Ħ̊VNRA
Đ. RĒG. 7 ARNoLĐ. ARCiĒPo. 7ARN̄P̄POSITo.

Ex iisdem.

34.

Ibid. in ambitu S. Gereonis in lapide. anno incerto.

REGVMAE. IERNR. XPI. MISERERE.
MIHI. MISELLO. TVO. MEINLEFO.
HOC. POS. CATRIA. HVMILIS. CATERIA.
NVNCET. INĒWM. SĒPER. HICMANNT.
III. D. IVLII. HINC. A. TERRIS ABII ✠.
XPO. FRVITVRVS. INVCETHROISO MIB.

ex iisdem.

35.

Ibid. in Muro Civitat. ad Rhenum in 2. lapid. ex albo marmore de translat. trium Ss. Regum Ao. 1164. positum 1737. devastatione Rheni A. 1784 dejectum, & abductum; quo, nescitur.

D. O. M.
Beatis ex Oriente Magis, primitiis Gentium,
Singularis Numinis providentiâ, munificentissimâ
Friderici I. gratiâ, egregio Reinoldi can
cellarii et Archiepiscopi Coloniensis zelo et merito
ex Metropoli Insubrium devictâ, dono datis.

Huc transvectis et illatis Ao. MCLXIIII X. Kal. Sextileis.
Hospitibus carissimis, Quod Col. Claud. Augustam
Agrippinensem Cath. fidei constantiâ felicem, invictam,
pace et vbertate florentem praestiterint, patronis
coelestibus, tutoribus optimis, in se piissimis gratitu
dinis, et devotionis causa, S. P. Q. Cat. Agrip. monu
mentum hoc R. F.
M. D. CC. XXXVII.
die adventu sacra

à Schedis D. Alfter.

36.

Ibid. in ambitu Eccl. S. PANTALEONIS Epitaph. WOLBERONIS Abbatis, qui obiit 1167.

Corporis exuvias hic deposui tumulandas,
Praesidiumque piae sub tegmine spero Mariae,
Cujus ad aediculam construxi culmina sacra,
Sit requies animae, sit plena solutio culpae.

GELEN. p. 366.

37.

Bonnæ, *in Colleg. Eccl. St. CASSII & FLORENTII Sacello S. Cyriaci Epitaph. GERARDI Præpos. ob.* 1177.

NEMO PRIORVM. TANTA RESTRVXIT. QVANTA GERARDVS;
NOBILIS ORTV, CLARIOR ACTV, GLORIA STIRPIS,
MVTAT OPES, NON PONIT OPES, DVM TALIA CONDIT.
ATRIA CLAVSTRI, MOENIA TEMPLI PLENA DECORE,
QVOD FUIT ARCTVM, CONSTRVIT AMPLVM, SORDIDA MVTANS
DVM NOVA CONFERT, FVNDITVS AVFERT APTA RVINAE.
VSIBVS APTVM QVIDQVID INEPTVM, PERFICIT OMNE
GRATIA XPI, CONFERAT IPSI PRAEMIA REGNI.

Inscriptio Sepulchri elevati. ibid.

GERARDVS COMES DE SEYNA PRAEP.
BONN. ET ARCHIDIAC. COLON.

è Schedis D. ALFTER.

38.

Cæsaris-Insulæ *de* 1184. *post obsidionem inv. in ruinis,* 1703, *translat.* Dusseldorp.

Anno ab Incarnt Dni. nri. JHV. X. M. C. L XXXIIII.
Hoc Decus Impio Cesar Fridericus adauxit,
Iusticiam stabilire volens et ut undique pax sit.

è Schedis B. DE HUPSCH.

N o v e s i i,
In Colleg. S. QUIRINI in lapide de 1209.

39.

ANNO ĪCARN. A
D͞NI M. C. C. V. I. I. I. I.
PMO. ĪPERII. AN
NO. OTTONIS. A
DOLFO. COLON.
ĒPO. SOPHIA. A
BBA. MAGISTER
WOLBERO. POS
SVIT. PM̄V. LAP
IDĒ. FVNDAME
NTI. HVI. TEM
PLI. I. DIE. SCI. DI.
ONISII. MAR.

è Schedis B. DE HUPSCH.

40.

Elogium CONRADI Comitis de HOCHSTEDEN, Arch. Colon. Ædificatoris Eccl. metropol. Colon.

Conradus summi caepit fastigia templi
Atque Vbià Salomon alter in Urbe fuit.

GELEN. de Magnit. Colon. p. 48.

41.

Inscriptio lapidis fundament. ex nigro marmore, arcis Godesberg 1210.

ANNO. DÑI. MCCX. GVDE
NBERG. FVNDATVM.
E. A. TEODERICO. EPŌ.
I. DIE. MAVROR. MR.

Invent. in ruinis 1583.

Hic lapis translatus Monachium ad Antiq. Elect., cui incisa ex alio latere hac Epigraphe:

Dieser stein ist der Fundamentstein des Schlofses zu Godesberg im Cölnischen Bischtum gelegen, welches Schlofs den 17 Decemb. 1583 durch den Durchlauchtigsten Fürsten und Herrn Ferdinanden den ersten dieses Namens, Pfalzgrafen bei Rhein Herzogen in Ob- und nieder Bayern, in namen ihro Durchl. Herrn. Bruders des auch Hochwurdigst. Durchl. Fürsten und Herrn Ernesten zersprenget, und ist dieser stein zu oberst der zersprengten mauer vorgefunden worden.

è Schedis B. de Hupsch.

42.

Privilegium ENGELBERTI *II. Archiep. Colon. Judæis concessum Anno* 1266.

Nos Engelbertus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie Archiepiscopus universis in perpetuum. notum facimus quod quia Judeos dioecesis nostre coloniensis comperimus ad iniquam consuetudinem devenifse et injurias diversas sustinuifse, ipsos ad antiquas libertates suas, que inferius continentur, de consensu Capituli et priorum nostrorum, ac de consilio fidelium nostro-

rum, duximus revocandos. Sunt itaque libertates ipsorum Judeorum tales: quod funera ipsorum Judeorum, qualicunque morte extincta fuerint, et undecumque locorum adducantur, sine theloneorum exactione qualibet de ipso funere requirendis, vel aliquo modo extorquendis, in Cymiterio ipsorum sito extra muros ciuitatis Coloniens, qualitercumque et in vita deliquerint, permittantur libere sepeliri, exceptis illorum Judeorum funeribus qui in sententia excommunicationis Judeorum moriuntur, vel qui per justam sententiam sanguinis fuerint interfecti. Nullus insuper officialium Archiepiscop. Colonieus. vel Judex quicumque fuerit, in Cymiterio predicto aliquas sententias sanguinis, sive sit in cadaveribus xtianorum vel Judeorum exequi faciet, vel adeo in vicino loco, quod ipsi Judei verecundiam paciantur. Judei etiam quicumque fuerint, et undecumque venerint in districtus Archiepiscopi Coloniens. de se et bonis suis telonea, sovetus, pedagia et qualiter xtianis et bonis eorum et alia non tenentur. Nulli etiam Cauwercini, vel xtiani qui manifeste prestant ad usuras, cum ipsis per hoc fiat prejudicium, in civitate Colon. residere nullatenus permittant Et quia ipsi Judei in hujusmodi libertatibus merito sunt servandi, easdem libertates, presenti lapidi insculpendas ad perpetuam memoriam in publico aspectu hominum permisimus collocari. Actum Anno Domini MCCLXVI.

Extat in Sacristia metrop. Eccl. Colon. insculptum in marmore nigro. alt. 5. lat. 2½ pedes.

43.

IN ALBERTVM MAGNVM
EPISC. RATISPONENSEM
EPIGRAMMATA.

C o l o n i æ.

In fenestris vitreis chori F. F. Prædicatorum Elogium ALBERTI MAGNI qui ob. Coloniæ 1280.

Condidit iste chorum praesul, qui Philosophorum
Flos et Doctorum fuit, Albertus, Scholaque morum,
Lucidus errorum destructor, obexque malorum.
Hunc, rogo, sanctorum numero Deus adde tuorum

GELEN. de Magnitud. Colon. pag. 471.

44.

Coloniæ.

Elogiam Tumbæ ALBERTI MAGNI affixum.

Phoenix Doctorum, paris expers, Philosophorum
Princeps, Verborum Vox fundens dogma Sacrorum
Hic jacet Albertus praeclarus, in orbe disertus,
Major Platone, Vix inferior Salomone,
Quem tu, Christe bone, doctorum junge Coronae,
Annis (bis denis minus actis) mille trecentis
Christi nascentis, de Corporis exit habenis,
Quinta post festum Martini luce molestum
Ore petendo Deum, transivit post jubilaeum.
Qui legit hos versus mox ad tumulum retroversus,
Inclinans dicat Collectam cum requiescat.

è Schedis B. de Hupsch.

45.

Laungæ.

Epitaph. ALB. MAGNI sub ejus effigie, in foro.

Albertus magnus civis clarissimus olim
Lauingae, Doctor magnus, praesulque sacrorum
Inclitus omnigenae Scriptor celeberrimus Artis,
Sic oculos sic ora senex vultumque gerebat.

Reusner. jcon. literis cl. Viror. T. 2. p. G. Freher. Theat. Vir. erud. clar.

46.

Sub imagine Equi portentosæ magnitudinis, ad latus ibidem.

Tantae molis equus, velox & saltibus aptus,
Praelongus ter quinque pedes, & corpore magnus
Nascitur Alberti Laugingae sub Lare Magni.
Anno M. CCCLX.

47.

PETRI BEMBI.

Naturae si quid te rerum fortè latebat:
Hoc legis in magno Teutone Magne Deo.

48.

IANI VITALIS.

Naturae has Violas, Ratio haec tibi lilia passim
Ad tumulum spargunt, Teutone Magne tuum:
Purpureis quarum tribulos avellis ab hortis:
Et pulcris violis lilia mista seris:
Aviaq. abstrusâ pandis penetralia causâ:
Vere igitur Magni nomine dignus eras.

49.

FERDINANDI PALAMII.

Magna parens altrixque Virum Germania, alumni
Incedis merito laude superba tui
Naturae ac rerum vires, causasque latentes
Hoc nemo nobis doctius explicuit.
Magnus ob egregias foecundi pectoris artes
Dictus es: at Christi nunc ope major eris.

50.

M. ANTONII FLAMINII.

Qui docuit rerum Albertus cognoscere causas
Non rerum oblitus jam jacet in tumulo:
Sed coelo meliore sui cum parte receptus,
Nunc gaudet melius discere, quam docuit.

51.

IOANNIS LATOMI.

Quantum erat, hoc quondam cognomen Magne tulisse
Quum solidè doctus nullus in orbe foret?
Esto: vetustatis factum Laudatq. probatque
Et tibi posteritas sancit habetq. ratum.

52.

HENRICI BEBELLII.

Cedite Philosophi, quos Graecia jactat alumnos,
Extulit & si quos Itala terra suos.
Quos longé Albertus vicit tam nomine claro
Gloria Sueuorum Teutoniciq. soli
Par decus ingenii: nec fas sperare nepotes:
Hic novit, quicquid tota Sophia docet.

53.

HIERONYMI TREVTLERI.

Magnus eras, quamquam te barbara Secla tulerunt:
Attamen ingenio divite magnus eras.
Celsa nec est varias famam quaesisse per artes:
Pluribus hoc vitii quando cuculla parit.

Reusner. Icon. viv. liter. clar. Viror. T. 2. pag. 6. 7. Edit. basil.

54.

ALBERTVS MAGNVS BOLSTADIVS,
ex ordine Equestri clarissimis natus parentibus Lavingae. Anno Salutis. M.CCXCIII.*
Summo ingenio, summa praeditus eruditione adeoque omnium doctrinarum summè studiosus:
PHILOSOPHIAE & Theologiae Doctor Maximus:
PROFESSOR Academiae Parisiensis et Coloniensis celeberrimus:
Solertiss. naturae Speculator, rerumque obscurarum indagator atque explicator planè admirabilis:
PRAESVL tandem et Episcopus creatus Ratisponensis:
Qui suâ aetate omnes ingenio, doctrinâ, eloquentiâ superavit:
Literis denique, et Studiis immortuus Coloniae Agrippinae
Quô ultro abdicato Episcopatu ad ocium literarium rursus extremâ senectâ concesserat: obiit Anno M. CCCXXCII.* Aetatis LXXXVII.

ETEOSTICHON.

Ios. â Pinu.

Alberte es fato properanti Magne solutus
Tangis ubi aetatis lustra bis octo tuae.

Reusner. Jcon. viv. liter. clar. Viror. Edit. basil. T. 2. p. 5.

55.

Bonnæ *in Arch. Eccl. Ss. Cassii & Florentii Epitaph.* ENGELBERTI II. *Archiep. obiit* 1275.

ENGELBERTVS DE VALKENBURG. ARCHIEP. COLON.
FLOREAT IN COELIS TVA LAVS VERONA FIDELIS.
FILIA TV MATRIS, ENGELBERTIQVE PATRIS
QVE SVA MATROPOLIS NON HABET, OSSA, COLIS.

è Schedis B. de Hupsch.

56.

Rhenobergæ, *in veteri Turri Inscriptio.*

WESTERBVRGENSIS. SIFRIDI. COLONIENSIS.
PRESVLIS. IMPERIO. RHENI. CVSTODIA. FIO.
ME. FIERI. FECIT. FRANCO. ME. FABRICAT. ARTE.
HENRICVS LPVS. NON. PVGNO. MARTE. SED. ARTE.

ex iisdem.

57.

Bonnæ, *in Colleg. Cassii et Florent. Epitaphium* SIFRIDI *de* WESTERBURG, *Archiep.* † 1297.

FVLGET SIFRIDVS DE WESTERBVRG QVASI SIDVS,
LVGDVNI FESTO PALMARVM QVI CATHEDRATVS,
EST EODEM MAESTO PLANCTV BONNAE TVMVLATVS,
HIC PRIVS ELECTVS, IACET HIC MODO PVLVERE TECTVS,
ANNIS VNDENIS POSTQVAM FVLGET DVODENIS
PRAESVL AGRIPPINAE, SIT EI REQVIES SINE FINE.
AN TRIA. C, MILLE, TRIBVS I. MINVS, INCLYTVS ILLE
VICTVRVS CHRISTO, DE MVNDO TRANSIIT ISTO.

ex iisdem.

58.

Coloniæ.

Epitaphium Fr. JOAN. DUNS-SCOTI apud F. F. Minores obiit 1308.

Ante oculos saxum Doctorem deprimit ingens,
Cujus ad interitum sacra Minerva gemit.
Siste gradum Lector, fulvo dabis oscula saxo,
Corpus JOANNIS. haec tegit urna SCOTI.
Annus milleno ter centum, cum adderet octo,
Postremum clausit letho agitante diem.

Cui post renovationem adiectum est hoc Chronometron:

VIDerat oCto sIbI hIs CIngere IVLIVs ortVs,
QVanDo sepVltVra haeC est fabrICata sCoto.

ex Schedis D. Alfter.

59.

Aliud ibidem.

Scotia me genuit, Anglia me suscepit,
Gallia me docuit. Colonia me tenet.

ex iisdem.

60.

Ibid. in Metropolitana Epitaph. ENGELBERTI DE MARCKA *Archiep. obiit* 1368.

ANNO DOMINI M.CCCLXVIII. IN CRASTI
NO. S. BARTHOLOMAEI APOSTOLI
OBIIT REVERENDVS PATER AC DO-
MINVS DOMINVS ENGELBERTVS
DE MARCKA ARCHIEPISCOPVS
COLONIENSIS HIC SEPVLTVS CVIVS
ANIMA REQVIESCAT IN PACE.

ex Schedis B. de Hupsch.

61.

Coloniæ

In Capitolio B. M. V. Epitaphium trium Fratrum de LISKIRCHEN, circa 1375.

HIC. CŌSTANTINI. VELVT. A. COSTATE. VOCATI.
SVT. FRATRES. TRINI. DE. LISIKIRCHEN. HVMATI.
VERI PACIFICI. PRVDENTES. ATQ'. BENIGNI.
SEP. HONORIFICI. TATI. TATO. PATRE. DIGNI.
HIJC. CARITVRA. DOLET. PLANGITQ. COLIA. TRISTIS.
CVI9. HONOR. REDOLET. ET. VNVS. ANPLIOR. ISTIS.
QVOS. BLASMAVISTI. QVOS. O. DEVS. J. HOMO. VERE.
MORTE. REDEMISTI. DEFVTIS. HIS. MISERE,
JOHES. HERMANN9. CONSTANTIN9.

Nunc in Museo B. DE HUPSCH, Colon.

62.

Ibid. in choro Ecclesiæ abbatialis S. Martini maj. Epitaphium ADOLPHI, Ducis Juliæ & Mont. obiit 1438.

Anno domini M. CCCC x x x vjjj.
Crastina beatae Margarethae
Virginis obiit illustris et
Magnificus Princeps et Dns
Dns Adolphus Dux juliacens
Montensis et Comes
Ravenbergens. Cujus anima
per miam dei reqescat in pace amen.

è Schedis B. DE HUPSCH.

63.

Elog. F. THOMÆ de KEMPIS, claruit 1410. *ex antiq. Manuscr.*

F. THOMAS KEMPENSIS,
Praepositus Canonicorum regularium Ord. S. Aug.
Montis sanctae Agnetis propé
Swollis, Dioecesis Trajectensis,
Provinciae Coloniensis:
Vir piissimus et religiosissimus,
Author
Tractatûs divinissimi de Imitatione
Christi, et Contemptû omnium
Vanitatum Mundi.

è Schedis D. Carol. Frid. Alex. de Schalberg.

64.

Coloniæ

In Metropol. Epitaphium GODEFRIDI & JOANNIS Comitum de SAYN, in tabella cuprea à dextris Sacelli 3. Reg. † 1461.

Subsiste. paulum.
queso. paucis. te. volo.
Saxo. sub. hoc. quod. juxta. substratum. vides.
Illustrium. cineres. virorum. urna. occulit.
Quos. Seina. stirps. virtutibus. claros. tulit.
Honoribusq. auctos. supremo. in. culmine.
Sacre. edis. hujus. Godefridus. hic. Prior.
Alterq. Johannes. sue. gentis. decus.
Ambo. sed. exteris. perinde. ac. patrie.
Bonisq. certatim. omnibus. carissimi.
Quos. seviens. superba. fatorum. manus.
Dirum. subire. compulit. mortis. iugum.
ergo. pios. manes.
piis. votis. juva.
Hospes. legens. hoc.
quisquis. es. dehinc. vale.

è Schedis D. Alfter.

65.

Ibid. in Eccl. S. Georgii, Epitaphium ARNOLDI de CLOTINGEN. † 1461.

Anno Dni M. CCCCLXI. die VI. May
Ven. et egregius sacre Theologie
Pfessor Magr Arnoldus de Clotinge
Huius ecclesiae Canon. cuius aia
requiescat in pace, amen.

è Schedis B. DE HUPSCH.

66.

Ibid. in Metrop. post summum Altare, ex adverso Sacelli 3 Regum. Epitaph. THEODERICI de MOERS, Arch. ob. 1462.

Theodericꝰ. erat. formosus. corpe. mente.
Pulchrior. et. lingua. dulcis. i. orbe. valens.
Presul. Agrippinꝰ. nulli. pietate scdus.
magnificis. factis. relligione. fide.
octenis. lustris. totidem. labentibus. annis.
prefuit. ecclie. pastor. ubique. bonus.
Morsa. dedit. mōdo. tzōs. hūc. sd. ad astra. remittit.
Quem, duce. tu. Petro. suscipe. virgo. pia.

è Schedis D. ALFTER.

67.

Ibid. ad S. Aprum, Inscriptio Sepulchri Dominic A. 1464.

Bruno de Hardefaust
der Heyl. freyer statt
Cöllen Scheffen, und
Ritter des Grabs zu
Jerusalem hat anno 1277
die Cron von Jerusalem
Hiehin gebracht.
Ao 1464. ist dieses grab
erbaut worden.

Ex iisdem.

68.

Coloniæ

Ibid. Epitaph. WINNEMARI de WACHTENDUNCK, Decani, in ambitu Ss. Apostol. † 1466.

Anno ı'.leno Cquater L. x. ene pleno
sex ' co. junctis, januar: duodecima cunctis
mor' patefiebat ejus. qui jura sciebat,
practicus hic, ita quaevis novit plebiscita
orator magnus, Laetus, patiens, ... us, agnus
Consilium verbo viris dedit, ... , ...to facto
Moribus aequalis puer, ut fieret socialis
. inceps agrippe fit Cancellarius ipse
egregius Legum doctor Winemarus
duplex Praelatus ex Wachtendonck bene natus
praepositus dignus W...densis, valde benignus
Lux erat hic Morum, De...us Apost. que tolorum
multum legalis, etiam fuit officialis
his donis fultus variis, jacet infra sepultus.

è Schedis D. Alfter.

69.

... n n ...

In Ecclesia Colleg. Ss. Caffii & Florentii Epitaph. RUPERTI PALAT. Arch. † 1480.

M.CCCC. LXXX. XXVI. JVLII OBIIT
R.M. S IN X^{O}O PR. ET. DNS. DNS. RVPERTVS.
ARCHIEPS9 COLON9 CVIVS AA REQVIES-
CAT. FELICITER. AMEN.

è Schedis B. de Hupsch.

70.

C o l o n i æ.

In Eccl. S. Andreæ Epitaph. GERARDI de MONTE, Initiatoris Gymnasii Montani. obiit 1480.

Concipe nunc lacrymas mea Musa, Minerva juventus,
Aggredere extincto triste ministerium.
Qui modo lumen erat, nunc est sine luce cadaver,
Et corpus vires officiumque negat.
Procubuit fat… …at hoc sententia Divûm:
Immortale jul… …axima verba tonant.
Ingentes animos, et vivida dona reliquit,
Spiritus astra tenet; sed premit ossa lapis.
Requiescat in pace, Amen.

Harzheim. Bibliotheca Colon. p. 100.

71.

Ibid. in templo monast. ad hortum B. M. in choro â finistris Epitaph. GUMPERTI Com. de NEUENAIR ob. 1484.

Memoria perpetua illustris Dni Gumper
ti comitis de Nuwenair et Lymborch praefec
… Colo… Dni in … et in Bedbur
hic sepulti. qui obiit anno dni 1484 nona
mensis Marty. hoc ordine seruabitur. Inprimis
pro salute animae sue et uxoris ejus inclite
Margarethe comitisse in Lymborch aar …
parentum ac prolium ipsorum et olim … fidelium …
fieri debet p Virgines (ventuales huj. monasterii
ad ortum Marie quater in quolibet anno cum
Missis, oronibus. vigiliis. (mendationibus. Lumi
naribus et sepulchri visitationib. insup. celebrari
debent in altari pximo pilari affixo per dictum
dnm Gumpertum fundato singulis septianis quor
Misse quatuor diebus distinctis. scil. die solis

Jovis. veneris. et saturni. et servari debet Aniversarium pptuum per dtas virgines que etiam pendebunt et disponent ad oia pmifsa luiaria et ornamenta, ceteraq neria. pro quorum oim subsistentia et ppetua observatione comes pre scriptus certos anuos et ppetuos redditus ordinavit. pmo prefatis virginib. pro observatione dte memorie qter in ano solvendos. 2do ordinavit alios redditus ppetuos pro observatione mifsarum pdictarum et unig Anniversarii cum mifsis. vigiliis, lumiaribus et sepulchri visitaonib. psbtro celebrati et dtis virginibus distribuendos. put oia pmifsa in literis desup) fectis et apud easdem virgines recon-ditis clarius explicantur. pnoiata generosa dna Margaretha vite cursum pegit ante obitum prefati dni Gumperti ao 1484 die 14 mens Marty. que cum trima prole sub eodem saxo cum ipso in pace quiescit. quorum aie divas teneant super æthera sedes. et faveat illis nuncia sacra Deûm

72.

Ibid. Epitaph. prædicti GUMPERTI *Com.* & MARGARETHÆ *conjug.*

Gumpertus jacet hic conjux margarethaque secum,
Haec quinque lustris ante sepulta fuit.
Mille quadringentis quater octoginta sub annis
Martii nona dies dum subit, occubuit
De Nuwenair Comes is, de Lymborch haec comitifsa
Quos proles clausit inclita sarcophago.
Praefectus Patriae, simul et Comes Agrippinensis
Magnificus, prudens, singula rite gerens.
Cunctis benevolus, frugalis, largus egenis,
Constans et intrepidus pacis amator erat.
Status uterque gravem clamitant atque benignum
In rebus dubiis consuluifse suis.
Contra Schismaticos commifsa transque marinos

Vexit Banderia strenuus regalia.
Felix subjectos placida ditione regebat
Spemque suam populis abstulit hora brevis.
Jam senio tardante gravi, quaeque optima mors est,
Defunctum gemuit tristis utrumque Rhenus
Detinet ossa sua Mariae Virginis ortus,
Felicem animam sidera celsa tenent.

è Schedis D. Alfter.

73.

Ibid. ad S. Andream in lapide sepulchrali ante sacellum S. Petri Epitaph. HENR. IRLEN offlis. † 1505.

Anno Dni M. D. quinto. XV. die
Mensis January Ven et egregius
Dns Henricus Jrlen decretorum
doctor, officialis curie Colon.
decanus et Canonicus Sti Symeonis
Treueren. et huius ecclie Canoni
cus ac Scolasticus. cuius aīa pace
fruatur sempiterna amen.

ex iisdem.

74.

Ibid. in eccl. P. P. Prædicat. Epitaph. SITTARDORUM, posit. 1505.

Deo. opt. max.
in Felicē majorum suoṽ Andre
advm Sittardorvm hic Sepultorum
Memoriam Epitaphū hoc spectab
Dnus Henricq Andreae Sittard. piae
Ponebat
Ao 1505 praeclarq Dns Henricq An
dreæ Consul et Scabinq in Sittard
Proavq. Ao 51. D: Henric Andreae medi

Dct expertis avg. Ao vero 67 claris. D.
melchio Adr Sittard senat. ord et ma
ria Kriebs parentes fata trahunt.
EnTHS & vd. eas fortes cognomina
ducunt
Nomine gestorum fortia Juno
dedit

Chronographicum obitus clarissimi
DOMINI HENRICI ANDREAE SITTARD.

anDreae henrICVs sIttarD fataLe
senator IVs soLVIt qVIna trVX LVCe
Vt LVCet aprILIs.

è Schedis D. ALFTER.

75.

Ibid. in Eccl. S. Andreæ in tabula cuprea in sacello Ss. Sim. & Judæ Epitaph. ULRICI MENSINGHEN Can. † 1508.

Anno milleno quingenteno octavo
Gregorii Papae* festo migravit ab isto
mundo vir validg ulricg mesinghe hujus
tepli canonic. legas qua hic habitabat
Rite domu ppriam Eccliae cognoie dictae
ad sctum Andrea ut canoici memores sint
atq. vicarii aiae. hoc. donu eq3 participates
sed debet missa celebrare vicarius omnis
et quoties vacat ppa domg vedetur ut inde
Redditun suma cumuletur distribuenda
ossa sub hac cujg quis tellure tegantur
Sps ethereas liber tame iuit ad arces

Ex iisdem.

76.

C o l o n i æ

In Metrop. Epitaph. JOIS de RICHENSTEIN *Subdecani.* † 1511.

Illustris jacet hic Richenstein sub mole Johannes
Qui pius et prudens, subque Decanus erat
Cantu dulcisonans, et facundissimus ore
Consiliis pollens, conspicuusque fide.

ex Schedis B. de Hupsch.

77.

Ibid. in Metrop. Epitaph. HIERON. AICHORN *in tabula lignea, in sacello S. Crucis.* † 1516.

Hoc tumulo Doctor praestans Hyeronimus Aichorn,
Clauditur, hac senior Presbyter æde fuit.
Suevus erat patriâ, claris natalibus ortus
Ingenio haud modico praestitit arte potens,
Promovit Doctos Doctus, pietatis amanteis
Sincerae coluit non sine laude pius.
Erro, nisi cupias persoepe Ecclesia vivum
Agrippina Decus hocce redire tibi.
Quid referam moriens quae in te cumulavit abunde
Dona, quibus Christi membraq. egenâ fovet.
Longoevo absumptus morbo tua fata peregit
Mors fera, Defuncti spiritus astra tenet.

78.

Ibidem in Tabula cuprea.

Epitaphium clarissimi viri D. HYERON. VNICORNII *huj. Eccl. Canonici Presbyteri Ao.* 1516.

Hoc gelidos condi cineres Hyeronimus antro
Monoykerws fecit post sua fata suos.
Omnia mors abolet, nec falx aetatis avarae
Cum tremulo pueris parcit adunca sene.

(Hrn. von Hüpsch Epigramm. II. Th.)

Nil mores castos, titulos, Titulosq; miratur
Singula dum reiiceans cuspide tollit atrox.
Moribus hoc etenim castis ornatior alter
Haud erat, unde fuit sobrietatis amans.
Nam velut assiduas flammas mons evomit Aetna
Sic mores pravos crapula foeda parit.
Insignis bello patriae natione silevus
Pieridum petiit nomine plura loca.
Scilicet à patria studiis est gloria major
Et gravior merces, pluraq; dona bonis.
Quare post alias musas in jure Professor
Extitit: ac dignè pilea rubra tulit.
Post Agrippinam vitam nanciscitur ampla
Praemia pro studiis, et pietate data.
Nam pro consilii dextro moderamine quondam
Principibus parvo non in honore fuit.
Inter Presbyteros etiam Comitesq; supremus
Hac senii titulo vixit in aede diu.
Inde quod Andreae sacrae dignissimus aedis
Non sine cunctorum laude Decanus erat.
Hinc sibi divitias multis contraxerat annis
Quas voluit moriens usibus esse piis.
Pars inopi vulgo, pars cultibus altera sacris,
Pars etiam musis magna dicata fuit.
Sicne licet justè gazas acquirere certè
Haud ideo quisquam dejiciendus erit.
Anni quindecies centum duodeniq; lustra
A Christi fuerant jam propè lapsi Cruce.
Tuc decimo nono Septembris ab orbe recessit
Spiritus ob morbi spicula lenta gravis.
Si vitae spatium vis scire, decennia septem
Circiter invenies acta fuisse viro.
Quem Deus ut coeli societ cultoribus, ora
Quisquis ad hanc tabulam candide lector ades.

Ex Schedis D. A[illegible].

79.

Epitaph. HOYERI *Com. de* MANSFELD *ob.* 1516.

Hoyeri Comitis Mansfeldi in Caesaris Hostes,
Sancta fides forti saepius arma [illegible],
Cernis et ad dextram radiantis Lumina cara
Sextaq; pro veteris conficienda Die
His te constituit monumentis esse docendum,

Optima pro justo Caesare tela cape.
Sed satis esse tamen quantumvis justa favere
Bella nisi adjungas cum pietate fidem
Obiit Anno Dni 1516 sexto diis Januarii.

è Schedis B. de Hupsch.

80.

Romæ, *Epitaph.* HADRIANI VI. *obiit* 1523. *à* WILHELMO ENCKENFORDIO *positum.*

Hadriano VI. Pont. max.
Ex Trajecto insigni inferioris Germaniae
urbe, qui dum rerum humanarum maxime
aversatur splendorem, ultro à proceribus
ob incomparabilem sacrarum disciplinarum
Scientiam, ac prope divinam castissimi
animi moderationem, Carolo V. Caes. Augusto
praeceptor Ecclesiae Dertusensis Antistes,
Sacri senatûs patribus collega. Hispania
rum Regis praeses, Reip. denique Christianae.
divinitus Pontifex adscitus. Vixit ann.
LXIV. menses VI. dies XIII. Decessit XIIX.
Calend. octobr. Anno à partu Virginis M. D.
XXIII. Pontificatûs sui anno II. Wilhelmus
Enkenvort illius benignitate et auspiciis
tit. S. Joannis et Pauli Presbyter Cardi
nalis Dertusen. faciund. Curav. C.

ex Schedis D. Alpers.

81.

H. C. AGRIPPÆ *Elogia.*

Ut superat Titan radiantia lumina coeli,
Ut quoque vis pelago major inest fluviis:
Sic facile cunctos doctrina et moribus æquis,
Corneli, vincis, Phoebus ut astra sua.

Claud. Blanchrosius (Schelhorn Amoenitat. literar. Tom. II. p 596.)

HENRICVS CORNELIVS AGRIPPA
A
NETTESHEIM.
Vir omnium bonarum Literarum
Aristarchus,
Vir omnium eruditissimus
Scientia vere cyclicus,
omnium, quos suo orbe sphaericus orbis
complectitur, doctissimus,
inter Mortales philosophantes Deus,
Philosophiae, medicae Artis et totius
Naturae Secretarius, omniscius.

SCHELHORN Amoenit. Liter. Tom. II. pag. 535.

82.

Coloniae.

In Eccl. ad hortum B. M. V. Epitaph. HERM. *Com. de* NEUENAER.
obiit 1530.

EPITAPHIUM.

Generosi et illustris viri D. Hermanni Comitis è praeclara, et antiqua
Comitum Newenariorum familia, ejusdemq3 Praepositi insignis
et majoris Ecclesiae Coloniensis, qui annum agens
nonum et trigesimum, fato functus est Augustae in ipsis Comitiis
et conventu principum et statùum imperii auspicio Caroli V.
Imperatoris Romanorum. anno à Virgineo partu 1530.
Cujus corpus hic sepultum jacet inter corpora utriusque
parentis sui, patris quidem, a quo illi familiae nomenclatura
arma et insignia, matris vero é comitibus de Manderscheidt
quorum animas apud superós in Christo vivere et cum
eo regnare pie credimus.

ex Schedis D. ALFTER.

83.

In introitû templi S. Cuniberti Epitaph. STEPHANI VELL: *renovatum* 1747.

Anno M.DXXXII. die VIII. Augusti pie in Domino obiit Reverendus et egregius Dominus Stephanus Vell a Wevelinghoven hujus Ecclesiae Praepositus, ejusdem et pauperum Benefactor. Requiescat in pace.

ex iisdem.

84.

Dusseldorpii.

In marmore nigro Epitaphium JOIS *Ducis* CLIVIÆ *ob.* 1539.

Illustriss. Princeps. D. Joannes.
Johann F. duo Cliviae Comes Marcae
Dominus in Ravenstein, illustriss. D.
Guilielmum, cujus Memoriae —
Hoc positum - unicum Filium et Haeredem
ditionum- suarum Anno Xti CIↃIↃXXXIX.
non. Feb. Clivis Moriens
Reliquit.

è Schedis B. de Hupsch.

85.

Coloniæ.

In Capitol. B. M. V. in tabula cuprea Epitaph. CATH. *de* LOE *Præpositissæ ob.* 1540.

Anno Domini
millesimo quingen
tesimo quadra
gesimo tertia Juny obiit

honorabilis Domicella.
Catharina de Loe hujus
insignis Ecclie Cano
nissa in hoc Proximo
Preposite matertera sue
tumulo sepulta, cujus
anima requiescat in
sancta pace
amen.

Ex Schedis D. Alfter.

86.

Ibid. in Metropol. propè sacellum S. ENGELBERTI *Epitaph. lapideum*
REINARDI *Com. de* LEININGEN *Decani ob.* 1540.

Deo
omnipotenti
majoribus suis ppatruis,
patruis, fratrique dulcissimo
Amoris et pietatis ergo
Hic in Fide resurrectionis
quiescentibus Reinardus ex
Baronibus à Westerburch
et Comitibus de Leiningen.
collegii hujus clarissimi
Decanus monumentum hoc
Lector posuit, in quo et se
huc fatali lege solutum
componi, vivens jussit
Mortuus MDXL 16. July
aetatis XLVIII.

ex iisdem.

87.

Ibid. in Capitol. B. M. V. in lapide sepulchrali, Epitaph. MARG. de DELWICH *Praepositissae, matertera* CATH. *de* LOE *ob.* 1541.

Anno Dni M.V.XLI. decia octava
Februarii obiit Venlis domicella
Margaretha de Delwich senior
canonissa ac Preposita hujus
ecclie, cujus aia requiescat in pace

ex iisdem.

88.

Ibid. in primaria Parochiali S. Columbae positum 1541.

EPITAPHION trium clarissimorum Virorum
ATVLPHI RINCK et GERHARDI WASSERVAS
et JACOBI ROTTKIRCHEN. C. C.

Tecta trium lateant simul hic licet ossa virorum
Quae tamen effulgent, gloria morte caret.
Saepe magistratus obierunt munia summi
Hujus Agrippinae gaudia uera togae.
Hos pariter quaestura senes tenet unus et idem
Annus erat, filum cum fera parca secat.
Rinchius et Fabium referens magnumque Catonem
Non fuit egregiae gloria parva domûs.
Obsecro quid potuit sapientius esse Gerhardo
Cui sua uas aqueum nomina scire dedit.
Tu rebus generosus eras Jacobe gerendis
Te bonus, et merito, civis honore colit.
Nobilis excelso formae decus ore ferebas,
Addita sed morum gratia major erat
Ne foret istorum virtus delebilis ullo
Tempore, sed saxo uiuere sculpta queat.

Detulit ob patriam hoc illis Helmannus honoris
Qui secretorum munus in urbe gerit.
Anno Domini 1541.

ex iisdem.

89.

Dusseldorpii,

In marmore nigro Epitaphium MARIÆ *Ducissæ* JUL. *et* MONT.
obiit 1543.

Illustriss — princeps — D. Maria Guiliel.
F. Dux juliae et Montium Comitissa Ra—
— vensburgis illustriss Principis D. Joannis
Ducis Oliviae Comitis Marcae et Domini —
in Ravenstein, Conjunx Ducatq. suos et
Comitatum unico Filio illustriss. D. Guilielmo
Anno CIↃIↃXLIII. — III. Kal. Septemb. vitam
Buderiaci claudens cessit, et Tribus
illis Ducatibq caeterisque Dominiis
Principem et Dominum natum dedit.

ex Schedis D. Car. Frid. Alex. de Schalberg.

90.

Coloniæ.

In vestibulo Eccl. S. Gereonis Epitaph. JOIS GROPPERI
obiit 1543.

Joanni Gropper urbis Susatēn
Tertium Consuli, qui zelo Religio
nis posito, magistratu, Coloniam
Agrippinam concedens vità deinceps piè
ac sanctè transactâ, tandem 24
Kalendas february anno salutis 1543
Anno aetatis suae 65 Spiritum quem coe
litus acceperat, Deo reddidit.
Hic conditus amantissimo Parenti Jo
annes, Godefridus, Patroclus et

Caspari Gropperi Doctores filii ac
fratres Germani officii et pieta-
tis ergo monumentum hoc posuerunt.

ex Schedis D. Alfter.

91.

Ibid. in ambitu S. Gereonis in lapide sepulchrali, JOANNIS LILIEN *Sigilliferi. ob.* 1553.

Anno 1553. die 23 July obiit Venerabilis
et Egregius Dnus Joannes LILIEN à WERLIS
Jurium Doctor. S. Gereon. ac undecim
millium Virg. Canon curiaeq3 Colons
Sigillifer. cujus aia requiescat in pace

ex iisdem.

92.

Ibid. in atrio Eccl. ejusdem Epitaph. THOMÆ *Com. de* RIENECK, *obiit* 1547.

D. O. M.
Sibi fratrique dulcissimo, Reverendus
et illustris Dnus Thomas Comes in Rie
neck, hujus insignis Collegii Decanus
et trium Cathedralium Ecclesiarum
Quinquagenarius Canonicus,
et jubilarius, ut vocatus Monumentum
Hoc christiane Lector Religionis ac
pietatis causa posuit. in quo se vita
defunctum recondi, dum adhuc vi-
veret, ordinavit, multis et grandibus
pro fide catholicâ exantlantis
laboribus qui ipsum patronum peri-

clitantis Religionis et Cleri Colo-
niens. declaravit. in Dno mortuus Anno à xto nato MDXLVII
die 28 mensis Julii
R. I. P.

ex Schedis D. Alfter.

93.

Ibid. in Metropol. juxta sacellum S. Jacobi in tabula aenea Epitaph.
WOLFG. *Com. de* SOLMS. *ob.* 1555.

Anno Dni Millesimo quingentesimo
quinquagesimo quinto, die sexta Mensis
Februarii obiit quondam Reverendus,
ac generosus Dnus Wolfgangus ex
Comitibus de Solms et Dnus in
Myntzenberg, Z. C.
Hujus ac Moguntinensis, nec non
Argentinensis Metropolitanarum et
Cathedralium Ecclesiarum Canonicus.
Hic sepultus,
cujus anima requiescat in pace.

ex iisdem.

94.

Ibid. Epitaph. JOIS NOPELII *Suffragan. ob.* 1556.

Occidit ante diem vindex pietatis avitae
Moribvs ingenvis, consilioqve potens.
Impia convvlsit pclarâ dogmata voce
Haereticosqve gravi cotvdit ore feros.
Siderio pavit te Dia Colonia verbo
Et veteris docvit religionis opus.
Ereptv doleas Decvs et simvl vrbis honore
Non revehent talem saecula multa Duce.

ex iisdem.

95.

Ibid. in sacello S. Crucis Epitaph. ADOLPHI *Com. de* SCHAWENBURG *Arch. Colon. ob.* 1556.

Quis sit sarcophago, quæris spectator, in isto?
 Hac plebejus humo non requiescit homo.
Hic Archipræsul, Princepsque Elector Adolphus,
 Schawenburgiacum stemma, decusque cubat.
Imperii vigor, et clarissima gloria sacri
 Agrippinensis mitra verenda soli:
Relligionis amans, et propugnator avitæ,
 Deliciae populi, nobilitatis amor.
In terram dignus nunquam fuit ille reverti,
 Si non, unde satus, quisque revertat humo.
Terra suam refovet terram, ceu sedula mater,
 Ad coelestem anima est dia reversa Patrem.
Tantisper dum reddatur tibi spiritus ipse,
 Corpus humo natum triste recumbit humo.
Christus enim corpus terrae revocabit ab alvo,
 Spiritui et reddet, cui fuit ante datum:
In spe coelestis recubas hic divite vitae,
 O pater, ô placida pace potire pater.
Pace potire pater, toto memorabilis ævo,
 Virtutum Specimen, pace potire pater.

ex iisdem.

96.

R o m æ.

In S. Mariæ de Anima, Templo Germanorum. Epitaph. JOIS GROPPERI *Præp. Bonnensis. ob.* 1557.

D. O. M.

D. Johanni Groppero Religionis fideique catholicae Propugnatori acerrimo, post incredibiles summis cum periculis pro Ecclesiae

6*

ac Religionis conservatione magno semper et invicto animo
exantlatos, Labores, multaque praeclara litterarum monumenta
edita, ob perpetuam fidei pietatisque constantiam, incomparabi-
lem doctrinam, summas virtutes, absenti, nec quidquam minus
cogitanti in sacru S: R: E: Cardinalium Collegium Cooptato,
praematura adhuc morte, quando sui opera imprimis desiderabatur,
ex humanis erepto Fratri piissimo, atque optime merito
Godefridus et Casparus Fratres Gropperi moestissimi P. P.
Vixit annos LVII. D. XVIII. Obiit VII. Id. Martii M.D.LVII.

Swartii select. christian. Orb. Deliciae p. 37.

97.

Epitaphium JOIS TAISNERII. *flor.* 1560 *à* JOANNE FONTANO *positum.*

TAISNERIVS jacet hic, parva resupinus in urna,
Qui vaga, dum vixit, sydera transiliit.
Quo non dexteritas, quo non praenobile magni
Pertigit ingenium, cura, laborque viri.

Hartzheim Biblioth. ex Foppens.

98.

C o l o n i æ.

In abbatiali Ecclesiâ S. Martini maj. Epitaphium JOANNIS *Com. de* RITBERG, *ob.* 1562.

D. O. M. S.
illustri ac generoso Dn̄o joanni
ex Comitibus de Rvtberg Domino
Esentii Stedesdorpii et Widtm̄odae
ultimo ejus familiae, qui variis
multisq3 hujus saeculi aerumnis
et calamitatibus defatigatus

Decemb. Anno Salutis M. D. LXII
hic Coloniae animam Creatori
suo reddidit illustris et gene
rosa Dna D Agnes ex Comitibus
de Bentheim Prognata Conjunx
moestissima conjugi ad perpetuam
memoriam charissimo P.

ex Schedis D. Alfter.

99.

Epitaphium FRIDERICI de WEDA, Arch. ob. 1568.

Anno 1568 die 23 Decemb. obiit Reuerendissimus et illustrissimus Princeps et Dominus D. Fridericus Comes in Weda Dominus in Ronkel et Isenberg &c cum ante annum Archiepiscopali et Electorali Dignitatibus sponte se se abdicasset.

è Schedis B. de Hupsch.

100.

Epitaphium LUDOVICI HILLESSEMII. fl. 1568.

Hoc virtus tumulo jacet
Hoc parvo pietas marmore clauditur,
Hoc saxo tegitur fides,
Heu! mors improba, quid sidera deripis
Orbi? cur tenebrae placent?
Mors est ingeniis nulla perennibus.

Foppens Bibliotheca belgica.
Ex eo Harzh. Bibl. p. 350.

101.

JOANNES GVINTERIVS
Andernaci Vbiorum oppido celebri natus
M.CCCC.LXXXVII.

Primis annis Daventriae ac Marpurgi in Literis versatus, cum ingenio, nec sine industriâ
Goslariae dehinc Scholae Moderator ac dein Lovany graecae linguae Professor:
Medicinae post deditus studio Lutetiae Parisiorum familiaris summus Guil Budaei &
Lascaris Graeci,
Medicis graecis, ac praesertim Galeno, in Latinum conversis sermonem:
Francisci I. Regis Galliae, & Joan. Bellay. Card.
Liberalitate summâ Mediciuae Doctor. &
Medicus Regius salutatus:
Anatomes corporis tum auctor atque instaurator
A Rege Daniae perbenignè expetitus:
A Ferdinando Caes. Augusto singularis meriti ergo nobilitatus:
Post, tumultu gallico ob religionem moto,
Mediomatricum in urbe primum, deinceps
Argentinae exercens Medicinam:
Aristotelis & Demosthenis in eadem Academiâ interpres:
Optimè de Repub. literariâ meritus:
Obiit feliciter Argentinae anno Christi
M.D.LXXIIII. 4. Octobr.

102.

IN. IOANNEM GVINTERIVM Andernacum Medicum.
MICHAELIS TOXITAE.

Hoc Andernacus, vultu praeclarus & ore
Ceu docet effigies, conspiciendus erat.

Corporis expressit pictoris dextera formam:
 Ingenii vires scripta polita probant.
Doctrina paucis praestante secundus: at inter
 Multos virtutis lumine primus erat.
Fidus Apollineae fuit artis alumnus, et annos
 In seros medicâ corpora duxit ope.

103.

In Tumulum ejusdem.

Eivsdem.

Vt natura parens dederat mortalibus olim
 Hippocratem, ipsa suum quô retineret opus:
Sic quoque Guintherium tandem Deus artis alumnum
 Edidit et medicam reddere jussit opem.
Fecit et occubuit: tua quo Germania fama:
 Nunc medico celebris gloria parta viget.
Fama per ignotas gentes volat: ossa recepit
 Terra: sed aetheream mens colit vna domum.

Nic. Reusneri Icones sive Imag. Lit. clar. Viror. Basil. p. 344. 345. 346.

104.

Resæ (Rees).

Epitaphium muro incisum HENRICI URANII *obiit* 1579.

Laus Deo semper.
Epitaphium Clarissimi simul et Reverendissimi Viri HENRICI URANII.
Ressensis, Scholae in hac Republica,
dum viveret, Moderatoris.

Hac quacunque venis, gemebundo pectore, discas,
 Cujus in adverso membra locata cubent.
Henricus jacet hac gelidâ tellure sepultus.
 URANIUS, nostrae Gymnasiarcha Scholae.
Qui tribus ini linguis, nec dogmate clarus in uno.
 Æternum peperit nomen ubique sibi.

Robore vastus erat, canus, vultuque decorus,
Dotibus ingenii summus, et oris erat.
Laurenti primum docuit, post rexit Alumnos,
Hinc gravitas, illinc dulcor et oris erat.
Illud Apostolicae fecit hoc aedis Alumnum,
Andreae merito praemia digna viro.
Haec ubi pertaesus, scriptis inclaruit urbi,
Quin orbi, ingenii dans monumenta sui.;
Ossa sub hoc saxo latitant defossa sepulchro
Spiritus in coelo, carcere missus, agit.
Vt LVX aXe poLI fortIs CasVra GeorgI,
CoeLItVs à Chara Morte VoCatVs, abest.

121.

Ibid. in Lapide sepulchrali.

Anno 1604. 22. Aprilis obiit Rdus
D. Cornelius Schulting à Steinwech.
Ss. Theolog. Licent. hujus E. Canon.
aia ejus perpetuà pacefruatur amen.

è Schedis D. Alfter.

122.

Ibid. in Paroch. S. Pauli Epitaph. ARNOLDI MYLII. † 1604.

D. O. M.
ARNOLDO MYLIO
Civi Typographo, Senatori
Coloniensi,
optimo, celeberrimo, integerrimo, et
BARBARÆ BIRCKMANNÆ,
Matronae honestissimae, Conjugibus intimis, parentibus bene meritis,
Huic XXIV Aprilis anno Christi,
CIↃIↃXCVI.

Illi XVII. Novemb, anno. CIↃIↃCIV
pie defunctis.
Arn. Marg. Herm. Mylii Birckmanni
liberi merito lugentes P P.
Patrem anno necdum finito
Secutus est ARNOLDUS Filius,
Quem hic depositum lugent
superstites.
Obiit VII. Septembris anno CIↃIↃCIV.

HARZHEIM Biblioth. p. 320.

123.

Ibid. apud Ss. Machabæos Epitaph. S. BROELMANNI *& Parentum positum* 1606.

Ad solius Dei Gloriam
et aedis hujus Patronorum;
Honorem, memoriam vero clariss.
proximor majorum suorum.
Optimis ciuibus JOANNI BROELMANNO
apud hanc Coloniam Claud. August. Agrippinens.
Anno post Chr. N. CIↃ. CCCC. XXCIIXI. et
Anno XCI. II. Coss. Gertrudi Kolginae coniugi-
bus Proauis. PETRO BROELMANNO Patric. ord.
Elisabethae Bratfischiae conjugibus, auis.
PETRO BROELMANNO patric. ord. Elisabethae
Songinae conjugibus, parentibus cariss. cum
his sibi et conjugi incomparabili Clarae
Bachouiae Echtiae, liberis dulciss. posterisque
sortis humanae memor, Anno post Christi Nat.
CIↃ. IↃ. C. VI STEPHANVS BROELMANNVS Agrippinen-
sis I. C. in Academia patriae per-amplius quam
XX. annos professor intra numerum ordinarius.
et Canonum demum primarius, Augustâ Vicariâ
Comitiva dignitate adeptâ ponebat hunc apud

8 *

108.

Ibid. in Paroch. S. BRIGIDÆ *Epitaph.* ANDREÆ GAILII *ob.* 1587.

D. O. M.
Viator quisquis es, siste gradum, quod
Scriptum est, lege.
Hoc is, cujus causâ scriptum, fieri rogat.
Andreae Gailio Agrippinati Philippi. F, JCto
toto orbe celeberrimo, antiquae virtutis et sapientiae viro,
qui exquisitorum in jure civili operum author, supremi
sacri Romani Imperii Tribunalis in Camera Spirensi Ad-
sessor annos XI. Maximiliani secundi. VIII. Rudolphi
secundi Imperatoris VII. Consiliarius Aulicus. et. Referendarius
multis laboribus et difficillimis legationibus Romae politiae
conservandae causâ morbisque defatigatus anno salutis
MD.LXXXVII. die XI. Decembris aetatis LXI. vitam
exercitam et laboriosam placidâ tandem et quietâ in
Christum morte mutavit. Anna Klowens I. et Christiana
Kannengiessers II. uxor, et haeredes charissimo ac bene
merenti conjugi gementes et moerentes posuer.
M D X C.

Swertii select. christian. Orb. Deliciae p. 448. Harzh. Biblioth. Colon. p. 17.

109.

Ibid. in Ecclesia F. F. Minorum Epitaphium PHIL. FRID. *L. B. de* PREINER, *ob.* 1588.

D. O. M.
Philippo Friderico Preinero L. Ba-
roni Austriaco in obsidione Bonnae
ad quam magno animo primum miles
accesserat. triduo ante deditionem
factam morbo correpto et
Coloniam Agrippinam traducto pieque.
Mortuo
Seifridus Pater, Dn. N. Rudolphi II.

Imp. Aug. à Cons. et Locu tenens. regiminis ditionum Austriacarum
Elisabetha Eizingia Baronissa Mater filio dulciss. optimo amantissimo
Literis ornato. morum. regionum
Linguarumq. externarum supra
aetatem perito.
Parentes moestissimi, heu inverso
ordine, fieri cur. vix. an. XXI
an Christi CIↄ. Iↄ. LXXXIIX. in profesto
Ss: Simonis et Judae.

Ante altare summum Sarcophago insculptum.

Miles eram regis, Preinorum stemmate claro
Ortus, Militia nunc fruor aetherea.
Sic nec nobilitas generis, nec firma juventus,
Nec vires, nec opes, rumpere fata valent.

è Schedis B. DE HUPSCH.

110.

Ibid. in Choro Epitaph. JO. BAPT. *de* TAXIS *obiit* 1588.

Deo immortali sacrum.
Joani Baptistae Tassio ex nobili
apud Bergomas Tassiorum Familia
Focsseni (inclita Comitatg Turo
lensis Civitate) nato. qui du post
multa apud Belgas militaria
Munia pro invictiss. Hispaniarum
Rege Philippo praeclare gesta,
Praefectus germanicae Legionis
ad Bonnae obsidione expeditione
egit, ex insidiis plumbeae glandis
ictu infeliciter cecidit,
Monumentum hoc
Innocentius pater filio moestus posuit

Vixit annos plus minus XXXVI
obiit XII Kal. majas.
anno D. M. D. LXXXVIII.

ex iisdem.

III.

Dusseldorpii.

Retro summum altare inscriptio superbi Mausolæi ex alabastro WILHELMI *Ducis*, *ob.* 1592.

Illustri principi, D. Guilielmo Duci Juliæ, Cliviæ, Montium, Comiti Marcæ et Ravenspergiæ, Domino in Ravenstein, parenti optime merito. Qui Annò Xti CIↃ. IↃ. XVI. Kal. Aug. natus, vitam usque ad Annum CIↃ. IↃ XCII. perduxit. ineunte virili ætate, ob Ducatum Geldriae, et Comitatum Zutphaniæ difficillimo bello contra Carolum V. Imp. tanquam Dominum Belgii implicatus, postque triennium pace facta et serenis. D. Maria Ferdinandi Rom Regis, et postea Imp. F. in matrimonium ductà, eademque in coelum praemissa, Clivisque tumulata, plurimis turbis ob bella intestina Germaniae et vicina Belgicum et Coloniēse, cum antea pro conservanda pace publica Imperii multos soepe labores et consilia feliciter suscepisset, jactatus, tandem postquam LIIJ. ann. laudabiliter suis prefuisset, omnium dolore. non Jan. senio confectus animam Deo opt. max placidissime reddidit, Johan Guilielmus unicus filius et Haeres moerens M. E, P.

ex iisdem.

112.

Coloniæ.

In Ecclesia F. F. Dominicanorum Epitaph. JOIS *ab* ANTEAGA, *Hispani. obiit* 1592.

Deo Trino et uni
Sacrum.
Johann ab Anteaga Castellano
Viro nobili Philippi II. Hispania-
rum Indiarumq. Regis cathol.
diversis in castris ac Rheni-
Gueldriq. Praesidiis Commissario
Primario.
Qui post fideliss. ei' matri anis
XX praestitam opera, gravi ac
diuturno cofect' morbo ano
aetatis XL. animam Christo Ser-
vatori Moerse reddidit, corp'
vero Colonia agripp. trasla
tum hoc Loco ad. V. nonas mar-
tias anno salutis CIↃ.IↃ.XCII.
humatur
Gertrudis à Bentink Con-
jux. et Johanna Carola filiola
unica. marito opt. parentiq.
charissimo multis cum
Lacrymis moestissimae.
P. P.

ex iisdem.

113.

Ibid. in Eccl. paroch. S. Martini min. Epitaphium GERHARDI PILGRUM, *ob.* 1593.

D. O. M.
ac Gerhar. Pilgramo. Gerh. V. C. F.
Constantini à Liskirchen. X. Cos. Gen.

VIII. ipsi Cos. VIII. Quaes. Cens. et praef.
urbico saepius VI Virorum Cos. procons.
Quaes. Provis: oim. Tribu. Civium. Leg.
Comiss. Mil. ac praef. anone perp.
Catha. Liskirchia. C. et Richmond
Pilgr. F. unica ac haer. P.

è Schedis D. ALFTER.

114.

Ibid. apud F.F. Minores, Epitaph. ex marm. JOIS AVERDUNCK † 1594.

D. O. M.
Clariss. Consultissq.
viro D. Johani Averdunck.
I. U. Licent. octo successi
ve Electorum Colon. Con
siliario ac honestiss. ma
tronae Annae A Nethen Pa
retib: chariss: illi an: salu
tis 1594 huic vero Aº 1588
in xto defunctis Liberi hae
redes dolentes P.

Numerale positi Monumenti
en sVb eo saXo reqVIesCVnt Chara parentVM
Corpora, qVae sVpra sCVLpta tabeLLa notat.

ex iisdem.

115.

Ibid. apud F.F. Prædicatores Epitaph. MARIÆ ECHERIÆ, *Matris* JOIS à BARVITZ.

D. O. M. S.
Mariae Echeriae Barvicensi
Belgae piae fideli. Joan. Barvicius
Matri bene merenti posuit

vixit an. plus minus LX.
Nascendo ut morimur, sic morte renascimur, ergo
Ad vitam, mater, mors tibi pandit iter.
Octo hyemes patria mecum civilia propter
Bella aberas, patria nunc fruere aetherea.

è Schedis B. DE HUPSCH.

116.

Ibid. Epitaph. GUALTHERI FABRICII *positum* 1596.

Clarissimo ac consultissimo viro Dno
Gualthero Fabricio J. V. Dori ac
Illmi et serenissmi Principis Juliacen
Cliven et Montens Consiliario,
nec non virtuosae Elisabethae
ab Erverfeldt. conjugibus ac parentibus
charissimis, pietatis amoris et observantiae ergo.
Rdus Dnus Henricus Fabricius sacrorum Canonum
Dor, insignis Eccliae sti Gereonis Colonien.
et Heinsbergen Canocus hoc Epitaphium fieri fecit
et posuit. ao 1596.
Juliaca vixit protector Jurip., in aula
Eximia vita Consiliisqve valens.
Haec Monumenta patri Doctor Fabricius affert
Henricus tanquam munera grata Deo.

ex iisdem.

117.

Ibid. in Metrop. Eccles. ex adverso Sacelli 3. Regum in tabula Christi Ecce homo. Epitaph. PETRI GROPPERI † 1596.

Anno MD. LXXXXVI. aetatis suae XLII die
X. Febr. obiit Q: Rdus D. Petrus Gropper
I. V. L. metrop. ac Colleg. Ss. Cassii et Flo
rentii, atque Andreae Colonien. et Bonnen.
Eccl. respectiue Archnus, Praeptus, Pbrter

Cancus ac Decnus, Rmi D. Ernesti Archpi
in Spirit. Vicarius. qui vivus hanc
ad excitandam populi devotionem
poni voluit tabulam. ejus anima
beatâ pace fruatur. amen.

ex Schedis D. Alfter.

118.

Ibid. apud F.F. Minores Epitaph. JOIS WALSCHARTZ *ob.* 1597.

D. O. M.

Ad Memoriam R. et magnifici viri D. Jois Walschards
Tungri. s. Theol. Doctoris, ac metropolitanae Ecclesiae colon
et D. Caeciliae prbri Canonici trium portionu pro Tribg
studiosis perpetuo alendis et Missae quotidianae hoc in
loco fundatoris. hic ad aeneum à se erectum et dotatum
candelabrum sepulti. executores ex aere relicto
Moerentes, et salutem animae precantes: P. P.
ao Dni. CIↃ. IↃ. LXXXXVII.
die VI May: aetatis verò
suae anno LXI.
orate pro
eo.

ex iisdem.

119.

Ibid. apud St. Aplos Epitaph. SUFFRIDI PETRI *ob.* 1597.

D. O. M.

Ah nimis abjecte jacet hic, tegiturque Sufridus
Aeternum decus, urbs o Leowarda, tuum.
Ille suis vivens te vexit ad aethera scriptis
Frisia: debueras ponere tu lapidem.
Non faccum: ergo ne usque viri ossa inhonora laterent,
Gaukema pro meritis praestitit officium.

SUFFRIDO PETRO,
Leowardensi Frisio,
U. I. C. doctissimo,
graecae linguae scientissimo,
libris multis editis clarissimo,
Tribus Pontt. maximis
et S. R. E. sui temporis praecipuis
Cardinalibus ob doctrinam charo,
Frisiorum historico,
hujus ecclesiae Canonico
populari optime de se merito,
Gawko Gaukema Frisius Canonicus
Aquisgran, pietatis ac memoriae causâ
A. M. F. curavit.
Anno MDCXI. mense Quinctili.
decessit hydropicus.
die Jovis X. Kal. Februarii
Anno Christiano M. D. XC. VII.
Hora nona matutinâ.
sub Clemente VIII. Papa.
Rudolpho II. Imperatore
Ernesto Bavaro Colon. Archiepiscopo.
et Ferdinando Bavaro.
ejusdem Archiepicopi. Coadjutore
cum vixisset annos LXIX.
Mens. VII. dies VIII.
elatus ipsâ Conversionis Pauli
R. I. P.

---

ex Foppens Bibl. Belg. Harzheim Bibl. Col. p. 301.

120.

Ibid. apud S. Andream Epitaph. CORN. SCHULTINGII *in tabula lignea, in sacello S. Petri, ob.* 1604.

Haec tibi Cornelium SCHULTINGH presentat imago,
Vivum quâ vivus conspiciendus erat.

Robore vastus erat, canus, vultuque decorus,
Dotibus ingenii summus, et oris erat.
Laurentî primum docuit, post rexit Alumnos,
Hinc gravitas, illinc dulcor et oris erat.
Illud Apostolicae fecit hoc aedis Alumnum,
Andreae merito praemia digna viro.
Haec ubi pertaesus, scriptis inclaruit urbi,
Quin orbi, ingenii dans monumenta sui.;
Ossa sub hoc saxo latitant defossa sepulchro
Spiritus in coelo, carcere missus, agit.

Vt LVX aXe poLI fortIs CasVra GeorgI,
CoeLItVs à Chara Morte VoCatVs, abest.

121.

Ibid. in Lapide sepulchrali.

Anno 1604. 22. Aprilis obiit Rdus
D. Cornelius Schulting à Steinwech.
Ss. Theolog. Licent. hujus E. Canon.
aia ejus perpetuà pacefruatur amen.

è Schedis D. Alfter.

122.

Ibid. in Paroch. S. Pauli Epitaph. ARNOLDI MYLII. † 1604.

D. O. M.
ARNOLDO MYLIO
Civi Typographo, Senatori
Coloniensi,
optimo, celeberrimo, integerrimo, et
BARBARÆ BIRCKMANNÆ,
Matronae honestissimae, Conjugibus intimis, parentibus bene meritis,
Huic XXIV Aprilis anno Christi,
CIↃIↃXCVI.

Illi XVII. Novemb, anno. CIↃIↃCIV
pie defunctis.
Arn. Marg. Herm. Mylii Birckmanni
liberi merito lugentes P P.
Patrem anno necdum finito
Secutus est ARNOLDUS Filius,
Quem hic depositum lugent
superstites.
Obiit VII. Septembris anno CIↃIↃCIV.

HARZHEIM Biblioth. p. 320.

123.

Ibid. apud St. Machabæos Epitaph. S. BROELMANNI *& Parentum positum* 1606.

Ad solius Dei Gloriam
et aedis hujus Patronorum;
Honorem, memoriam vero clariss.
proximor majorum suorum.
Optimis ciuibus JOANNI BROELMANNO
apud hanc Coloniam Claud. August. Agrippinens.
Anno post Chr. N. CIↃ. CCCC. XXCIIXI. et
Anno XCI. II. Coss. Gertrudi Kolginae coniugibus Proauis. PETRO BROELMANNO Patric. ord.
Elisabethae Bratfischiae conjugibus, auis.
PETRO BROELMANNO patric. ord. Elisabethae
Songinae conjugibus, parentibus cariss. cum
his sibi et conjugi incomparabili Clarae
Bachoniae Echtiae, liberis dulciss. posterisque
sortis humanae memor, Anno post Christi Nat.
CIↃ. IↃ. C. VI STEPHANVS BROELMANNVS Agrippinensis I. C. in Academia patriae per amplius quam
XX. annos professor intra numerum ordinarius.
et Canonum demum primarius, Augustâ Vicariâ
Comitiva dignitate adeptâ ponebat hunc apud

suos cineribus quietis L. L. dum ad eos aeternum
victurae redeant animulae. precibus eas, quales
optabis, tui non oblitus, adiuua. quisquis
postea legis.

ex Schedis D. Alfter.

124.

Ibid. in Capitolio B. M. V. parvum Epitaph. Domicellæ a GALEN
Canonissæ. † 1608.

Galen. * | Eller. *

Anno 1608 die 12 mensis
Januarii obiit venerabilis ac
nobilis Domicella Mechteldis
à Galen hujus Ecclesiae senior
Canonissa ac Cameraria
hic sepulta cujus aīa requiescat
in pace amen.

Mengede * | Romberg *

ex iisdem.

125.

Antwerpiæ.

Ad S. Michaelem Epitaph. PHILIPPI RUBENII *Coloniensis,*
Patris PETRI PAULI RUBENS. † 1611.

PHILIPPO. RUBENIO. J. C.
Joannis civis & senatoris
Antwerpiensis filio.
magni Lipsii discipulo & alumno,
cujus doctrinam penè assecutus
modestiam feliciter adaequavit:
Bruxellae praesidi Richardoto,
Romae Ascanio Cardin. Columnae
ab Epistolis & studiis,
S. P. Q. Antwerpiensi à secretis

abiit non obiit,
virtute & scriptis sibi superstes,
V. Kal. sept. anno Christi MDCXI.

Ætatis XXXVIII.
Marito bene merenti.
MARIA de MOY.
Duûm ex illo liberorum
Clarae & Philippi Mater
propter illius ejùsque Matris
MARIÆ PYPELINCX sepulchrum,
hoc moeroris & amoris sui
Monumentum P. C.
bonis. Viator, bene praecare manibus,
et cogita;
praeivit ille, mox sequar.

Foppens Bibliotheca belgica.

126.

Coloniæ.

Ad S. Andream Epitaph. ex marmore THOMÆ BEHR *a Lahr, ad columnam in ingressu chori.* † 1611.

Reuerendo ac nobili viro Thomae Behr â Lahr aedis Divo Andreæ sacrae praeposito et illustris Ss. Gereonis sanctorumq3 Thæbeorum martyrum ecclesiae Canonico Presbytero in ipso aetatis dignitatisq3 flore quadragesimo secundo 15 january Ao. 1611 acerbo fato praematurè abrepto hic sepulto fratres germani moerentes amoris, honoris et memoriae ergo
P. P.

è Schedis D. Alfter.

127.

Ibid. ad S. Andream ad columnam in dextro latere Epitaph. JACOBI MIDDENDORPII *ob.* 1611. *in renovat. ecclesiæ revulsum.*

Jacobo Middendorpio Philosophiae et I. U Doctori, Theologiae
Licentiato in diuersis Academiis professori publico metropolitanae
Ecclesiae colonien Canonico Presbytero atque universitatis
procancellario et Rectori, magnorum principum consiliario,
pietate doctrinâ et rerum usû clarissimo. moesti collegae
et agnati posuerunt. ut cujus ingenii aeterna sunt,
ejus corporis memoria, ne a posteris desideraretur,
unm post multos magno semper animo exantlatos
labores, variosque scriptos doctissimos libros, tandem
huius ecclesiae Decanus obdormiuit in Domino.
Anno Salutis MDCXI. die mensis Januarii aetatis suae 73.

ex iisdem.

128.

Ibid. in Metrop. in Sacello 3. Regum Epitaph. ERNESTI BAVARI *Archiep. ex fuso cupro. ob.* 1612.

Ernestus Bavarorum
Dux inclytus, Archiprae
sul Coloniensis, Princeps Elector
Religionis columen, Publicae
pacis assertor, Patriae pater
laudatissimus, in hoc tumulo glori
osam praestolatur resurrecti
onem, suis quondam gregis se
commendans precibus.
Electus 13 may 1583. obiit 12 Februarii 1612.

ex iisdem.

129.

Ibid. in Parochiali S. Martini min. Epitaph. ex marmore JODOCI PFINGSTHORN, *ob.* 1613.

Ad memoriam Jodoci Pfingsthorn, Theodori et Gertrudis Pilgramiae F. Civis et Senatoris Coloniensis et aedilis hujus Ecclesiae, post multiplices in Censoria Dignitate et Camera Reddituaria labores piè in Christo defuncti Sybilla Wickradts uxor pio affectu P. obiit Ao. 1613. 23 may.

ex iisdem.

130.

Ibid. in Colleg. S. Andreæ Epitaph. ex marmore ALEXANDRI *de* WYSE, *ob.* 1613, *in renovat. templi destructum.*

Adm. Rdo ac Clarissimo Do Alexandro de WyseDoesburgesi, I. V. Dri Sti Andreae Presbro Canco Sermi ac Rmi Archiepi Electris Colon in spualibus Vicario gnali, sigulari et pietate et in rebus agen dexteritate praedito, in medio florentis aetatis ac fortunae suae cursu aliis inserviendo consumpto, et immaturè abrepto executores moeretes perpetuae memae, honoris ergo hoc monumentm ex testamento posuerunt Anno M. DCXIII.

infra

Vita vale, mundus valeat, non vos mihi vita,
Sed quam despicitis mors mihi vita fuit.

ex iisdem.

131.

Ibid. ad Agnellum auf der Burgmauer *Epitaph.* CASPARI ULENBERGII *ob.* 1617.

D. O. M.

Manibus

Caspari Vlebergi Lipp. s. Th. L. D. Columbae paroch.

Gymn. Laur. reg. qui cum haereses. exemplo. verbo.
Scriptis. oppugnasset, Ss. Bibl. in linguam. germ.
translationi invigilaret, pietatis integer.
laboris constans. omnium virtutum plenus.
obdormivit in Domino Ao. M. D. C. XVII.
Mens. Febr. die XVI.
aetatis suae.
Ao. LXVII.
Henricus
Franken Sierstorffius
Gym. Laur. Regens
antecessori
P. C.

ex iisdem.

132.

Ibid. in Eccl. F. F. Prædicatorum Epitaph. JOIS FRANC. *Bar. de* BARWITZ, *ex marmore nigro, ob.* 1620.

D. O. M.
Illustriss: Dnus Joannes à Barvitz, Baro
in Fernemont, D. in Douschi, Berlette et Gilgenberg
hic jacet at non tacet
Superstites famâ, virtutes mori nescias Eloquiz erga Devm
RELIGIONEM, PIETATEM
Erga MATREM NOBILISS. MATRONAM MARIAM AB ECKER
Quam primis belli civilis motibus è Belgio patria Coloniam Agrippinam
ob catholicam Religionem in exilium aut asylum eduxit et amorem filialem
ita religiosè obseruauit, ut quamvis plurimor principum litteris ad aulica
officia sollicitaretur, oia matris obsequiis postponeret, usque dum anno quingenteo
octnagesimo piissimè defunctae hoc ipso tumulo parentasset. nec diu post
SAPIENTIAM
Viri sereniss: Duces Bavariae Guilielmus et Ernestus delitescere non
permiserunt, sed consiliis arcanis adhibitum ad Parmensem in Belgium, ad Pontificem
Romam, tandem ad Imperatorem in arduis negotiis ablegarunt Pragam, ubi

PRUDENTIAM
Divus Rudolphus secund. amplexus eum sibi charissimum et consilii intimum totos viginti sex annos raro vel unico apud ipsum exemplo retinuit, nec minus succedentibus
Divis Matthiæ et Ferdinando secundo gratus iisdem dignitatibus condecoratus trium Imperatorum consiliarius intimus ablegatione ad sereniss. Archiducem Albertum
in Belgium finità, reditum ad aulam et Dnm suum meditans hic Coloniæ lethali catharro
septuagesimo quinto aetatis, saeculi milles: sexcentes. vigesimo anno correptus mundum
mundo reliquit aeternà aulà, et felicitate quam vivus exemplari devotione coluerat
fruiturus, exuvias mortalitatis matri hoc loco reconditae associari voluit
vis plura scire viator
Cæsarum aulam et archiva orbemq. christianum, imo
et alios perquire et invenies, sed interim
optimae matris
et
Pii filii manibus benè
apprecare.

ex iisdem.

133.

Ibid. Inscriptio Altaris Marmorei S. Sebastiani, quod donum fuit prænominati D. a BARVITZ.

D. O. M.
Beatissimae Deiparae Virgini et omnibus Coelitibus
illustrissimus et excellentissimus D. D. Joannes
Franciscus à Barwitz, Baro de Fernemont et
Schlawa, Dominus in Pirschkaw, Gilgenberg
Douschy et Berlette, sacrae caesareae Majestatis
consiliarius aulae Bellicus, generalis rei Armamentariae praefectus, colonellus, nec non Ducatûs
Glogoviensis supremus capitaneus.
Hoc altare posuit.

ex iisdem.

134.

Ibid. in Colleg. B. V. ad Gradus Epitaph. GEORGII BRAUN, *Decani B. V. ad gradus, sub grandi pictura. Obiit* 1622.

Admodum Reverendus et Magnificus
Vir ac Dominus GEORGIUS. BRAUN
Agrippinas, hujus collegiatae Ecclesiae
B. M. V. ad Gradus per 37 annos Decanus, et Archi-Diaconus Tremoniensis optimè meritus, hoc epitaphium in suî
memoriam unà cum aliis legatis piarum imaginum ac contemplationum
picturis, Ecclesiae suae donavit, aetatis
81, obiit, anno salutis nostrae 1622. die
10. Martii, sepultus hic in sacello s.
Nicolai: cujus animae Lector benè
precare.

ex HARZH. Biblioth. p. 89.

135.

Ibid. in templo Franciscan. ad Olivas Epitaph. ex marmore nigro THEODORICI *B. a* RECK. † 1624.

D. O. M.

Anno 1624. die 20. Novembris.

Praenobilis ac strenuus Dominus Theodorus a Reck in Curl, serenissimi Archiepiscopi et Electoris Coloniensis praecipuus et intimus consiliarius pro Religione catholica et romano Imperio multis et gravibus laboribus exantlatis piè in Domino mortuus est.

Ex Schedis D. ALFTER.

136.

Ibid. in æde sacra ad Corpus Xti in Lapide sepulcrali Epitaph. FRANC. DUSSELDORP. † 1630.

D. O. M.
Adm Rdo ac clariss. D. D. Francisco
Dusseldorp, Lugduno Batavo, Juris
utr. Lic. qui postmodum Theologus
et Sacerdos. post insignes in
Apostolatu patriae, nec non Cliviae
praestitos labores. dum quae ingenii,
natalium et fortunae bona. ac his
conjunctos Apostolici muneris
virtutes sequitur. gloriam tandem
fugit. senio quietem contem-
plationis sectatur. vir cele
berrimus, ignotus Coloniae
mortuus est 23. Marty Ao 1630
Executor hoc monumentum
posuit.

è Schedis B. DE HUPSCH.

137.

Ibid. ad S. Gereonem Epitaph. ZACHARIAE *ab* HORRICH, *Officialis ob.* 1633.

Ao 1633. 13. Novembr. adm. Reverendus
Nobilis et clarissimus D. Zacharias ab
Horrich, J. U. D. sermi Principis et
Electoris Colon. Officialis, Metropolit.
et illustris Colleg. s. Gereonis Ecclesia
rum respective Scholasticus et Cano
nicus ab hac mortali vita transiit
ad aeternitatem æt. suae 73.

ex iisdem.

138.

Novesii *apud portam* Hessenport. 1651.

Sexto quintileis nonas ope virginis almae
Hassius ex nostris sedibus his abiit.

ex iisdem

139.

Coloniæ *ad S. Andream, ad columnam chori Epitaph.* MATTHÆI HOEN, *Decani, ob.* 1653

Adm. Rdo Amplissimo ac Eximio M. N. ac Dno Matthaeo
Hoen Nouesien. A. A. L. L. Philos ac Ss. Theolog. magist.
Doctori. profess. ord. publ. Decano ac Rectori magni
fico, viro libris editis et calamo posteritati foe-
licissimè commendato, claro. hujus valde insignis
collegiatae s. Andreae et Paroch. s. Pauli eccliarū
annis rpe 40. et 16. Decano, Pastori et Camerario
dignio, vigilantmo avunculo suo et Patrono executores
et haered.
FataLIs Matthaee tIbI noX aLtera AprILIs
FLVXerat, at CLerI LVX fVIT eCCe nItens
P. P.

140.

In lapide sepulcrali ante gradus chori.

MorIor pIe ChrIsto, Deo et PoLo.
Hic in Domino requiescit
Adm. Rdus, Amplissim. et Exim. Dnus
Matthaeus Hoen, Ss. Theol. Doctor insig.
nis huius Colleg. Decanus. vir libris editis
et calamo posteritati consecratus. cuiq aīa
commendata Deo in aeternum maneat.

ex iisdem.

141.

Ibid. in atrio templi S. Gereonis Epitaphium ex nigro marmore
KOENIGSECKIORUM. 1663.

Homo proponit, Deus disponit.

R. et Illmq D. Berchtoldus
Comes in Koenigseck et
Rottenfels, Dominus in
Aulendorf et Stauffen
Electoralis Colon. et Archie
piscopalis Salisburgen
Ecclesiarum metrop respe
Praepositus, Thesaurarius et
Capitularis, nec non Illris
Collegtae s. Gereonis
Decanus, Electoris
Colon et Archiep Sa-
lisburgen consiliariq in-
timus obyt Ao 1663 die 23
mensis feary aetatis suae
quorum animabus

Rmus et Illmq D. Georgius
Franciscus Comes in
Koenigseck et Rottenfels
Dominus in Aulendorf.
et Stauffen metropolitanae
Coloniensis et Cathe-
dralis Argentinensis
Capitularis, nec non
Decanatûs Illris
Collegiatae Ecclesiae
sancti Gereonis
electus et confirmatus
Coadjutor etc. obyt
Ao 1658 die 30
january aetatis suae
31
Deus sit propitius

Ex iisdem.

142.

Ibid. in aula Theologica Elogium JAC. *de* GROOTE. † 1663.

Sacra Facultas Theologica.
Domino Iacobo de Groote, mercatori, duarum
Theologicarum pro Doctoribus ecclesiasticis et pro
Theologiae Canditatis septem Catechistarum, quarum
Tenor in cista facultatis et archivio amplissimi
Senatus ad s. M. M. Lectionum Fundatori
DIe sanCtorVM soLennI obeVntI.
domino suo Maecenati
Monumentum hoc posuit Anno 1668.
Iacobo de Groote mercatori Catechistarum

Theologicórum et septem Catechistarum.
DIe sanCtorVM soLennI obeVntI,
ChrIste DeVs LargIre qVIeteM.

è Schedis B. de Hupsch.

143.

ELOGIA Nobilissimæ Virginis ANNÆ MARIÆ *a* SCHURMAN, *nat. Coloniæ* 1607. † 1678.

Quae tibi Diva parens generis? num docta Batavis
Te peperit Carmenta tuis? titulosque virorum,
Doctrinaeque decus debet natura puellae?
Scandis Apollineos colles virguncula prisca
Excidimus jam laude viri. vilescimus ultra
Faeminaque ingenio nostros transcendis honores.
Mirabor magis? an rerum portenta dolebo?
Num dicam peccasse jovem? vel mascula miris
Inverti simulacra modis? Sempronia nobis
Altera, et Arctoo melior sub sidere Sappho
Nascitur, atque novam protrudit Pallada terris
Iuppiter et veteres mulier scrutatur Athenas.
Non Latium, non Roma satis, non sufficit uno
Ore loqui, minor est simplex facundia votis
Virginis, Argolicas etiam (proh numina) voces
Anna legit, seciatque suum cum Cecrope Belgam
Si mirum antiquae committi scripta Corinnae
Haec etiam, quod scribat, habet. si conscia rerum
Prodidit exactis Manto sua carmina seclis,
Egregiumque aliquid grandes cecinere Sybillae
Et Mariae mens ista potest. sociata marito
Polla fuit, juvitque sui commenta poetae.
Nec minus illa virûm studiis succurrere posset,
In socios admissa thoros. quid Belgica jactas
Belligerasque rates, et magno Principe fultas
Imperii crescentis opes? quid dedita famâ
Praelia? barbaricis oneratas mercibus alnos

Totque novis passim laxatas moenibus urbes?
Hic majora stupe. rarum Batavia nomen
Conficit una tibi. Praestat facunda virago
Tot titulis, fastusque leves virtutibus anteit.
Nec precium jam sexus habet. cum virgine docti,
Communes animos geritis. vilissima nostri
Portio nostra manet. Solis discernimur, eheu
Corporibus, geniumque viris confundit et artes,
Et, qua nos sapimus, vir dici parte meretur
    Quid dignum te; Virgo, loquar? veneranda pudori.
It juxta doctrina tuo, castissima mores
Vita probat. Doctam submissa modestia mentem
Flectit et ingenuos decorat reverentia vultus.
Quis thalamos, formosa, tuos conscendet amator?
Ridebis cui sponsa viro? cui nupta marito?
In Batavis si phoebus amet, te conjuge Daphnen
Negligat, et tali cupiat se jungere Divae.
Dos tua tot fuerint artes, prudentia, virtus
Dos tua tot fuerint linguae, tua gratia, candor,
Simplicitas et quicquid amant scivisse Camoenae
    Anna (fatebor enim) non me tua nomina tantum
Afficiunt, vatemque trahunt; sed quicquid in ista
Virginitate queat summum flexisse Tonantem,
Suspicimus, Musisque placens me tangit honestas.
Scribimus haec, loquimurque tibi si dicere coram
Cogerer, haererent forsan suspensa poëtae
Verba, nec ad solitas fluerent mea carmina leges.
Sin minus illa placent, et si magis oscula vester
Sexus amat, nos illa domi debere putabis
Invenies alium, si te hic fastidit Alexis.

Casp. Barlaeus Heroicor. Lib. III. (Nob. Virg. M. A. à Schurm. Opuscul. hebr. graec. lat. etc. pag. 221. seq.)

Parturiunt jam bella scholas, lituosque tubasque
    Inter, Apollineas fabricat aula domos
Nascitur, et mediis Sapientia gliscit in armis
    Nec jove, sed Getico patre renascor, ait

It ducibus doctrina comes, cum milite Phoebus
    Ambulat, et Clarias vindicat hasta Deas.
Ipsa novos juxta gradiens Bellona magistros
    Mitigat ingenii vim rabiemque sui.
Et cuperet pugnare minus, nisi templa focosque
    Acer et indomitus sollicitaret jber.
Exorsa est jam mitra loqui, ruit aemula laudum
    Et valida pubes ambitione calet.
Migrant in terras Superi, Pietasque Themisque
    Ingentemque sonant pulpita sacra Deum
Nec cessat Medicina loqui, formantur in artes
    Pectora et effigiem cuncta scientis habent,
Nos fecit natura rudes. Cultura, laborque
    Expolit, haec hominem cura secunda facit
Bis gigni debet sapiens. Bis reddier orbi,
    Nec nisi cum poterit se genuisse, sapit
Quod stamus Batavi, Phoebo debemus et armis
    Hanc geminam supplex Belgica poscit opem.
Auriacus quod servet habet; quod servet Apollo,
    Hic animos nobis asserit, ille lares.
Trajectine, tuis coeptis intervenit Anna
    Annuit augurio nobilis Anna suo
Jam redit et virgo. Redeunt miracula terris.
    Pone videt vates ire puella suos
Desinimus nos esse viri. Fit virgo, quod olim
    Nos fuimus. vatum nomina virgo rapit,
Jupiter hanc dona sexu meliore puellam
    Vel dic, attonitis omnibus, esse Deam
Pallada dic, non quae tremebundam concutit hastam
    Sed quae nascentem concutit ore scholam.

C. Barl. Elegiar. Lib. III. (Nob. Virg. M. A. à Schurm. Opusc. hebr. graec. lat. etc. pag. 323. seq.

Ad nobilissimam & varia Eruditione celeberrimam Virginem,
ANNAM MARIAM *a* SCHURMAN.

Grandia foemineae sortis portenta superbus
Defuncti secli concelebravit honos
Sed quas cantatis, sparsim natura puellis
Partitas variae contulit artis opes:
Arduaque excelsae mentis miracula in una
Dum collecta videt virgine, tota stupet.

Aliud

Materies laudis titulos diducta per amplos
Eloquii ornatu liberiore tumens.
Nonnunquam ingenio scriptoris plurima debet;
Atque affectatus spargitur arte stupor
Sed SCHURMANNA, tua quicquid de mente refulget,
Ingenii rara nobilitate potens
Attoniti praeconis opes perturbat, et inter
Justa tuae laudis vatibus horror inest.

ALIUD

Quae toties laudem meritis ingentibus aequat
Eloquii virtus mascula, muta silet,
Dum generosa tibi tentat praeconia, et ausu
Dispare inexhaustum lambere gestit opus.
Depositum coeli, tot in una virgine dotes
Sola tibi suppar scribere virgo potest.

ISAACUS GRUTERUS (A. M. a SCHURM. Opuscul. p. 244.)

CONSTANTINUS HUYGENIUS,

in Epigrammatibus.

De facie gratum est: sed enim, bis quinta Dearum
Cur magis illustri parte stupenda lates?
Pingere se incertam nequiit, quae, mobilis usque
Et nova, non cessat se superare manus.
Nec lateo qua parte tamen, si coeperis esse
Lector, ubi inspector desinis esse mei.

Mente, manu vultum retuli, plus litera pinxit
Scripta refert mentem litera, picta manum.

In eandem

Hactenus una fuit, furto datur altera Phoenix
Publica privatum gratia crimen habet.
Quam bene non prodit, quae se, fugiendo, fatetur
Dextera Phoenicem surripuisse sibi!

In eandem

Anna, fatebor enim, poteras plus picta placere
Formaque non sculpti gratior aeris erat
Sed mage sculpta places. Ajunt vaenire puellam
Picta cui multo mala colore nitet.
Quae tantum virtutis amans, ignorat Amantem
Cui specie, si fas, non placuisse, placet,
Quae paucis non dura viris si nupserit, unis
Ingeniis uno nupserit ingenio
Quae mens tota, velit sola se mente videri
Membra supervacui ponderis instar habet.
Psilothro niteat, cretam ferat oblita? scalpi
Debuit, et scalpi debuit ungue suo.

A. M. à Schurm. Opuscul. hebr. etc. p. 326.

Encomia clarissimae, doctissimaeque

ANNÆ MARIÆ a SCHURMAN

Musa sibi pretium semper, meritisque superbis?
Doctrinae debetur honos. Quid vivere longum
Fert homini, si vita procul melioribus ausis.
Desidia, ac turpi nimium correpta veterno
Torpeat, et dubii tempus breve prodigat aevi?
Explorant Augusta viros. Quid foeta triumphis
Gloria, quid saturae cocco, vel murice vestes?
Quid Regum tabulata, et celsis fulta columnis
Atria? barbaricoque auro radiantia circum
Tecta juvant, Tyriis intus decorata tapetis?
Cuncta cadunt, pereuntque et queis Fortuna superbit
Tempus edax rerum, in cineres, et tristia vertit

Funera. Tuque olim toti spectabilis Orbi
Roma triumphatis quae gentibus aspera cunctis
Jura dabas, legesque ignotis effera terris
Quae fractos didicere tuo submittere fasceis
Imperio, quid tanta tibi molimina rerum
Victricesque aquilae? quid tot comitata trophaeis
Bella dedere? truces quid debellasse tyrannos
Profuit, atque armis populos domuisse potentes?
Victa jaceus ignota tuis. Quàm nescit eodem
Stare diu fortuna loco! quàm quidquid in alto est.
Labitur, ingentemque trahit sors magna ruinam!
Doctrinae stat fixus honos. Musisque perennat
Gloria, Pieridumque decus, dum transvolat annos,
Aeternum sibi longa parat post secula nomen
Captet Avarus opes, petat Ambitiosus honores
Et trabeas votis ardentibus ambiat. At tu
Rectius ô quanto Aonidum Schurmanna Sororum
Delitiae, quae desidias, et mercida luxu
Otia, degenerumque nimis contagia morum
A cunis exosa tuis, pietatis amorem
Materno cum lacte bibis? pia semina laudum
Virtutumque exempla dabant, generosa parentum
Nomina. Mox tacito paulum provectior aevo
Doctrinae (neque enim piguit subiisse labores)
Fundamenta jacis, studiisque intenta, tenellam
Aetatem antevenis meritis, progressibus ornas:
Impatiensque morae, doctas praetexta Camoenas
Aspicit, et primis Pallas se ostentat in annis
Ingenii praesaga tui, laudisque futurae
Entheus ardor agit, docilimque per ardua ducit
Mascula vis, haud tarda sequi, quacunque patenti.
Ad Musas datur ire via. Nox omnis in usu est,
Et lucis pars nulla vocat: preciumque labori
Ponis, et Aonias meditaris pectore lauros
Doctrinae secura tuae: generosa calorem
Mens stimulat, virosque acuit. Velut intus aquæ vis
Cum furit, et magno oppositam premit agmine molem.

Perrumpit discenda labor; stant praemia coeptis
Virtutemque rependit honos: non invia rerum
Culmina deterrent animum, sed ut altus Olympi
Celsior exsurgit vertex, cum nubibus actos
Praecipitat nimbos, et rauca tonitrua coelo:
Libera sic tibi mens per tanta negotia victrix
Emergit, similisque sui. Tu conscia rerum
Dic mihi Calliope (nec enim sine Numine tantus
Virgineus se prodit apex, et gloria Nymphae)
Dic linguas quas UNA tenet, quas ore rotundo
Prompta loqui, doctisque simul committere chartis
Audet ovans. Te saevus Iber, te Teuto, Britannus
Nympha stupent, teque Hebreae, Latiaeque Camoenae
Suspiciunt, te Celta colit, te solibus ustus
Laudat Arabs, atque una inter ditissima linguis
GRAECIA miratur tantas in Virgine dotes.
Rarus honos! Quid enim potuit sublimius unquam
Foemineo prodire sinu? Quid dignus? At nec
Hoc durus stat fine labor. Praeconia poscit
Ingenitus majora pudor: juvenilibus annis
In linguis sudasse parum, mentemque, animumque
Nobilior jam cura coquit, nec sufficit uno
Eminuisse modo. Magni praecepta Platonis
Doctaque scrutari Stagiraei scripta Magistri
Est animus, dum Fata finunt, Sophiaeque latentis
Arcanas penetrare vias. Academia, nec non
Jam Latium, jam Stoa placent, jam Cecropis arces,
Brachmanûmque scholae: dum non nisi splendida spiras,
Aeternumque struis ventura in secula nomen,
Dumque artes, ex arte trahis. Quis mente repostas
Virginea virtutis opes? quae Musa labores
Digna canat? seu vasta juvat confinia celsi
Ingenio lustrare Poli, gelidumque Booten,
Eridanumque Lyramque Aquilam tum quidquid ab alto
Naturae miratur honos: seu viscera terrae
Rimari sit cura tibi, pecudesque, ferasque
Aut plantas quas foeta parit, pictasque volucres
Indigenasque maris, mediaque natantia ponto
Monstra, tui totidem sunt argumenta laboris.

144.

Amstelodamii, *Epitaph.* JODOCI VONDELII, *in Ecclesia nova. Obiit* 1679.

Hîc est Vondelii tumulus. Non; ille Maronis,
Et Flacii, et Sophoclis, contegit ossa lapis.
Parce quiscenti cineri gravis esse viator:
Hâc super imposito nec preme saxa pede.
Iste locus sacer est; gressus averte, locumque
Attonitus multâ relligione cole.
Utque decet venerare senem, venerare Poetam,
Qui cunctos aevo vicit et ingenio.

Aliud ibidem.

Vir Phoebo et Musis gratus Vondelius hic est.

HARZHEIM, Biblioth. Colon. ex FOPPENS.

145.

Coloniæ *ad S. Andream in Sacello S. Petri in lapide sepulcrali Epitaph.* JOANNIS SYBERTZ, *Canon.* † 1679.

Admodum Reverendus et
Eximius Dominus Joannes
Sybertz Wanlonensis Ss
tae Theologiae Doctor et
Professor publicus, Collegtae
hujus Ecclesiae Canonicus
Presbyter pie in Domino
obdormivit Ao 1679 30. Aprilis
cujus aia requiescat in pace.

è Schedis D. ALFTER.

146.

Ibid. ad S. Cunibertum Epitaph. PAULI AUSSEMII *ex nigro marmore ppe Altare S. Dionysii.* † 1679.

D. O. M.

PAVLVS AVSSEMIVS

Coloniensis

EPISCOPVS ARMIRIENSIS

Metropol. Elect. ecclesiae Colonien.

Canonicus. Presb. Senior capitul

Huius Archidiaconalis

DECANVS

Sermi et Revmi Princip. Elector. Colon.

MAX. HENRICI, BAVARIÆ DVCIS

VICARIVS in Pont. et spirlib9 GENLIS

Consilii Ecclesiastici

PRÆSES.

Almaeq. Universitatis

RECTOR.

AIAM, et ex hoc loco, beatæ resurrectoi CORPVS

Ano Dni M. DCLXXIX aetatis suae LXIII.

Die 24. mensis Novembris.

Ex iisdem.

147.

Ibid. in Metrop. Sacello S. Michaelis, in lapide sepulcrali Epitaph. FRANC. EGONIS *Ppis de* FURSTENBERG. † 1682.

D. O. M.

sVbsIste VIator

e parVo, qVoD speCtas, saXo

Magna Lege.

Illustrissimus, Reverendissimus
et celsissimus Dominus
D. FRANCISCVS EGON
Episcopus Argentinensis,
S. R. I. Princeps
Metropolitanae huius ecclesiae
Decanus.
Princeps de Furstenberg,
Landgravius Alsatiae, Stulingensis
et Bapenbergensis, Comes
in Heiligenberg et Wertenberg etc.
qVoDCVnqVe VIVens MortaLe habVIt
hoc in sacello deposuit.
Ut in suis quiesceret beneficiis
magnitudo gloriae,
animi constantia, sapientiae celebritas,
morum amabilitas.
Dilapidant lapides et durum singula marmor,
Non aetas Petram Principis ulla teret.
Hic in historiis, in cordibus undique vivet,
Mentes hos Montes perpete voce canent.
Æternum vivent aquilae, quae sicuti spes est,
Justitiae solem, qui videt omne, vident.
FeLICIter MorItVr
qVI In Deo VIXIt.

Ex iisdem.

148.

Ibid. in atrio templi S. Gereonis Epitaph. JOAN. HENR. *de* ANETHAN, *Suffraganei.* † 1693.

Sta viator et lachrymis publicis adde tuas,
Utrasque meretur jactura publica.

Hic jacet qui semper stetit
JOES HENR. D'ANETHAN D'INDERSBORN,
fuit dum viveret
Epūs Hierapol. Vicar. gener. et Suffraganeus
Hildesii, Treviris, Colon. Principis Elector.
Colon. in Spirit. Coadminist. et Consil. intimo
Metrop. Eccles. et illr. S. Gereonis Respē Scholast.
PRÆPOSITVS GOSLARIÆ etc.
Perfunctus magnis honoribo, superavit quos gessit,
Meruit etiam quos non gessit,
Quos obivit, non ambivit.
Tota ejus vita fuit Beneficentia.
Nam Epūs 27 annis pertransiit benefaciendo.
Mortuus est die 18 Juny 1693. anno aetatis 65.
Vivit adhuc fama ejus post fata,
Virtus post funera,
Post obitum gloria, post abitum memoria.
Pars melior, anima, coelo assueta
Quo ire consueverat, ivit.
Abi viator et Disce
Sic mori tempori, ut vivas aeternitati.

Ex iisdem.

149.

Ibid. in Capitol. B.M.V. Epitaph. ANNÆ SALOME ***L. B. de*** BERGE ***cond.*** I R I P S ***ex marmore.*** † 1693.

* Trips.	Mors tollit Legem, tollit cum paupere gregem.	* Hoen.
* Holzet.	* * * Anno 1693 den XI Decembris ist zwischen XI und XII Uhren Mit tags die Hochwrd. Hochwohl	* Balliet.
* Ley.	gebohrne Fraw ANNA SALOME gebohrne Freyfraw von Berg ge	* Horion.

* Eynaten.	nant Trips zu Niederlinteren	* Spontin.
* Himbergh	des Hochadl. Stiffts B. M. V. Hier in	* Moperting
* Aldenbrük	Capitolio Zeit Lebens gewesene Frau	* Geves.
* Haack.	Abtissin gottseel. im Herren	* Schalloun.
* Gulpen.	entschlaffen	* Busseuton
	Requiescat in pace.	

Ex iisdem.

150.

Ibid. ad S. Andream in lapide sepulcrali prope Sacellum S. Silvestri, Epitaph. Fratrum de BRUIN. † 1694.

Sta viator, et precare requiem
Germanis fratribus
AA. RRdis et Praenobilibg D. Dnis
Ferdinando de Bruin
Archidiaconalis Collgtae Bonnensis
Canonico Presbytero.
Ao 1691. 17. Decembrs. nec non
Damiano Henrico de Bruin
Pronotrio Aplico, J. V. Doctori
Hujus insignis Colltae Canonico
simil. Presbytero.
Ao 1694. 1. Januarii
mortuis, hic sepultis, qui
sicut in vita dilexerunt se, ita
in morte non sunt separati.

Ex iisdem.

151.

Ibid. in Capitolio B. M. V. Epitaph. Abbatissæ de WOLFF METTERNICH *in Gracht.* + 1698.

Metternich. *	D. O. M.	Hall. *
	Anna Adriana Baro	
Schlickum. *	nissa Wolff Metternich	Horrich. *
	in Gracht Prænobilis Col	
Buschfeld. *	legiatæ hujus Electa et	Nesselrode. *
	Confirmata Abbatissa in	
Forst. *	vivis hoc quod aspicis	Spies. *
	monumentum post mor	
Hochsteden. *	tem sibi erigi mandavit	Wallpott. *
	obyt autem	
Horrich. *	Anno M. D. CLXXXXVIII	Nesselrode. *
	Die IX Mensis Juny	
Hazfeld. *	ætatis vero suæ	Gimnich. *
Harff. *	A. LXXVIII.	Bongart. *

Ex iisdem.

152.

Ibid. in Parochiali B. M. V. ad indulgentias Epitaph. ex marmore nigro MARIÆ ELISAB. *Com. de* WOLCKENSTEIN, *Abbatissæ S. Ursulæ.* ✝ 1699.

Anno 1699 9 Aprilis
obiit
Reverendissima et illustrissima
Dna Maria Elisabetha
Comitissa de Wolckenstein
et Rodenegg
Illustris Collegiatae S. Ursulae.
Per 18 annos Abbatissa
Decanissa in Vreden.
Canonissa in Essen.

Hic sepulta
cuius anima requiescat
in Pace, Amen.

Ex iisdem.

153.

Ibid. in Ecclesia S. Andreæ ante sacellum S. Sylvestri in lapide sepulcrali. † 1702.

Adm. Revdus Praenlis et amplmus
D. Franciscus Buschman I. V. Ltus
Protus Aplicus insignis Coll. Ecc.
S. Andreae Decanus, sermi et Revi
Principis Electoris Coloniensis
Sigillifer major, aetatis suae
Anno 46 obyt 22. Septis MDCCII.

Ex iisdem.

154.

Ibid. in facello B. M. ad Indulgentias Epitaph. MATHIÆ VELTZ *ex nigro marmore.* † 1706.

Adm. Rdus D. Matthias Veltz
von Bullingen aetatis 87 An-,
norum Metropolit. et illustris
Stae Ursulae Ecclesiarum
Coloniens. Canonicꝗ, Vicarius
et utrobiq3 Senior. Fundator
in Metropol. 5 ad S. Ursulam 3
et hic 3 Sacrorum. obiit Ao
1690 13 Marty. requiescat in pace.
Adm. Rdus D. Joes Nicolaus Veltz
von Bullingen Protonots Aplicꝗ
illustr. Eccliae Stae Ursulae
Canonicꝗ aetat. 63. sacerd. 38.
Annor. obiit Ao 1706 Die 23 April.
C. A. R. I. P.

1700 in Profesto S. Jois Baptistae
obiit Adm. Rds D. Joes Wilhelmus
Lamberti ex Wirtzfelt aetatis
46 annor. illustr. S. Ursulae Canonicꝰ
et hujꝰ Eccliae Pastor. requiescat in pace.

Ex iisdem.

155.

Ibid. in Metropol. in parte exteriore chori Epitaph. ex marmore ADAMI DAEMEN, *Vic. Apost.* † 1717.

Ad majorem ei gloriam
Rmus D. Adamus Daemen
Amstelod. Archiepis. Adrian.
Metrop. elect. huj. ecclesiae.
Can. Capit. Collegiat. Sti Andreae Praepositus
et Archidiaconalis Embricae Decanus.
Camerae rationariae Praeses. per foederati Belgii
Provincias Vicarius Apost. a Papa Clemente XI.
constitutus, pro sedanda tempestate cessit
officio et vita
Anno 1717 mensis Decembris die 3oma
Vivens hoc monumentum sibi posuit
transeuntium pia suffragia indesinenter postulat.
Quae si indulserint, erit et eorundem securior
hinc transitus ad aeterna.
Mors certa nulli, mors certa incerta sequentem
cura locet tumulum, qui sapit, ante sibi.

Ex iisdem.

156.

Bonnæ, *in Parochiali S. Martini, ante pedem summæ aræ* JOIS FRID. *L. Bar. de* KARG, *ob.* 1719.

In memoriam Reverendissimi, illu
strissimi ac Eximii D. JOANNIS.

FRIDERICI. KARG. L. B. a Bebenburg, D. in Kirchsletten, Abbatis in Monte S. Michaelis in periculo maris,
Serenissimi ac Reverendissimi Domini Josephi Clementis
Archi-Episcopi et Electoris Coloniensis
Ministri statûs et supremi Cancellarii,
qui suo licet nomine satis clarus, quantus
vir fuerit in rebus agendis, justitia ac
dexteritas, legationes etc. ac plurima ardua feliciter absoluta negotia demonstrant, quique de principe suo gloriosis
exantlatis laboribus optimè meritus,
pie in Domino obdormivit ultimâ Novemb. anni 1719. aetatis 72.

— — —

Haeres et Legatarius Altare majus
hujus Ecclesiae et monumentum hoc FF.

è Schedis B. de Hupsch.

157.

Coloniae *in Colleg. ad S. Cunibert. Epitaph.* JO. HOLZEMII. † 1721. *ex albo et nigro marmore.*

---

sIste
qVI per hanC VIaM InCeDIs VIator
per quam jam inde a dimidio incessit saeculo
JOANNES HOLZEMIVS
Hujus aedis Canonicus Capit. Senior
et SCHOLASTICVS.
Archiatrorum in variis Principum Elect. aulis
et in hac Urbe MEDICORVM
Filius, Nepos, Pronepos, Frater.
viri benefici magnitudinem lege
et uberem messem collige.
Dimidio ea egit saeculo, quae vix ulli toto.
Amori hujus aedis totus vixit.
In choro nil, quam confratres et se gratius vidit.
Horis matutinis vix unquam abfuit.
Mobiles fortunas suas immobiles redditurus
Huic aedi, quae non posset mori, attribuit.

Et ex eis luculenta dote illustravit
aVrorae DILVCVLVM.
Abi Viator
Et pro eo preces, ac ei laudes offer.
Qui sic ornavit templum et tibi exemplum
vixit, anno LXXV devixit 21 9bris
CapItVLVM grata VoLVntate
aDornabat
R. I. P.

Ex Schedis D. Alfter.

158.

Ibid. Inscriptio supra portam Domus Anatomicae 1721.

Theatrum Anatomicum
Haec est
Quae medicis servitque Palestra
Chirurgis,
Corporis hic monstrant ossa
quod ora docent.
Hic privata capit, capit hic respublica
fructum

Archetypon pictor, sculptor et
artis habet
Hic vitae vitium vitare volentis
imago
Ipsamet hac habitat mors sine morte
domo.
Deo
et saLVtIs pVbLICae gratIa
erIgIt MagIstratVs.

Ex iisdem.

159.

Ibid. in Metrop. in lapide sepulcrali Epitaph. JOS. CLEMENTIS
Bavari, Archiep. ante facellum 3. *Regum. ob.* 1723.

Sub hoc marmore
Reconditae jacent exuviae
Rev. et Ser. Principis et Domini
JOSEPHI CLEMENTIS
D. G. Archiepiscopi Coloniensis
S. R. I. per Italiam Archi-Cancellarii
Principis Electoris
S. Sedis Apostolicae Legati nati
Epi et Principis Hildesiensis et Leodiensis
Administratoris Berchtesgadensis
Utriusque Bauariae, superioris Palatinatûs,

Westphaliae, Angariae et Bullonii Ducis.
Com. Palat. Rheni, Landgravii Leuchtenberg.
Marchion. Franchimont. Comit. Lofs, Horn etc.
Qui Anno
MDCLXXI die V Decembris natus
MDCLXXXVIII die July
in Archiepiscopum electus
ac demum Anno
MDCCXXIII die VII Novembris
animam Creatori reddidit
R. I. P.

Ex iisdem.

170.

Ibid. in ambitu P. P. Carthusianorum, CHRISTIANI AUGUSTI, *Saxoniæ Ducis, qui ob.* 1725.

Binas hujus ambitus alas cum fenestris, integri verò pavimentum fieri nec non refectorium cum camera hospitum etc. renovari fecit
CHRISTIANUS AUGUSTUS
Dei gratia Coadjutor Pri
matus Regni Hungariae, et Archi
Episcopatûs Strigoniensis, Episcopus Jaurinen
sis. Saxoniae, Juliae, Cliviae et Montium nec non
Angariae et Westphaliae Dux, Landgravius Thuri
ngiae, Marchio Misniae ac utriusque Lusatiae Princeps
Comes Hennenbergensis, Metropolitanae et Elect
oralis Ecclesiae Coloniensis Praepositus et Thes
aurarius, Comes Marchiae et Ravensbergae, Comi
tatusq3 Jaurinensis supremus Comes, Dominus
Ravensteinii, Balliviae Thuringiae Locumtenens, sacrae
Caes. Majest. Con
siliarius intimus actualis
Qui Anno Dni MDCCXXV die 23 Mensis Aug. aetatis suae 60 obiit.
Requiescat in sancta pace.

Ex iisdem.

171.

Ibid. in Eccl. Ss. Machabæorum Epitaph. ex marmore, JOES GEORG MOLITORIS, † 1727.

D. O. M.
Ao 1727 Die 2e Aug. obiit
Joannes Georg. Molitoris
Ss. Theol. Doctor. Proton.
Apost. Perillustris Ecclesiae
S. GEREONIS Canonicus
Serenissimorum Principum
Electorum Colon. JOSEPHI
CLEMENTIS et CLEMENTIS
AUGUSTI utriusq. Bavar. Ducum
Consiliarius Eccles. EORUMq3 per
Archidioecesin Col. Libror. Censor
Ordinarius ac Abbatialis
hujus Coenobii Commissarius
Universitatis Colonq3 Rector,
Magnificus.
Cujus Anima
Requiescat in Pace.

M U N I F I C E N T I A.
Siccine Dulcis Amor cecidit. mihi factus amaror?
Heu! Fleo munificum magnificumque virum.
G E N I U S.
Omnia plena Jovis, lachrymis quid Diva parentas?
Tumba licet corpus, spiritus astra tenet.

Ex iisdem.

172.

Ibid. in templo Monast. ad S. Aprum in lapide sepulcrali Epitaph. JOIS HERM. *ab* HARZHEIM. † 1728.

eX haC VIa VItae abIIt
aC In DoMIno obIIt.

Perillustris clarissimus et
consultissimus vir ac Dnus
Joes Hermanus ab Hartzheim I. V. D.
Liberae civitatis coloniensis
Syndicus senior.
Requiescat in pace.
EXspeCta VIator, MortVIqVe reCorDerIs.

Ex iisdem.

173.

Elog. G. B. HARTZHEIM.

D. O. M.
GODEFRIEDT. BALTASSAR. HARTZHEIM.
AGRIPPINENS.
KVNRATHI. IGNATI. ICTI. CL. ET. GVDVLAE. SOPHIAE.
HERRESTORFFIAE. F. VIXIT.
LVGETE POSTERI. CIVES. LITTERATEI. OMNEIS.
NATVS. ANNO. CIↃ. CICLXXVI XVIII. KAL. OCTOB.
CATHOLICAE. SACRAMENTVM. SPONSORE. PATRVO HERRESTOFFIO. DIXIT.
MVSAS. QVAS. IN. GYMNASIO. TRICORONATO. VIDIT, PRIMVM. ADAMAVIT PVER.
ET. REDAMATVS. FVIT.
NAM. MVSICAM. POLYHYMNIA. CALLIOPE. LINGVAS. LATINAM. GALLICAM. HISPANICAM. ITALICAM.
POLYMATHIAM. CLIO. EVTERPE INGENIVM. ELEGANS. MEMORIAM, FIDAM. FACILEM.
FECVNDAM. THALIA. NVMEROS. DONO. DEDERVNT.
LARARIVM POST. RINCKIOS, BROELMANOS, HELMANNOS SECVNDVS.
MIRACVLA PHYSEOS, SECRETORIS PETRE FACTORVM. FOSSILIVM. CONCHYLIORVM
ANTI-POSTDILVIANORVM. THEATRVM.
PRIMVS. PATRIAE SVAE CONDIDIT. APERVIT. DEDICAVIT.
BONAS. ARTEIS. ET. MERCVRIALEIS, VIROS VLTRA FORTVNAM ET OPES. COLVIT.
HOC. PRIMVM. CLARISSIMI. VIRI. ENCOMIVM. NE PECCATVM HEREDES. DICITE.
NOSTIS IACTATAM TESSERAM
VIVITVR. INGENIO.
TALIA. MEDITANTEM. BLANDA. MORS. RAPVIT. CIↃCICCXXXI, PRID ID. DECEMB VIXIT
A. LV MENS. II D. XXVIII.

è Schedis B. de Hupsch.

174.

In Metropolitanæ Sacello S. Engelberti Epitaphium MAX. FRANC. JOS. *ab* OTTEN, †

Siste gradum viator
Qui sacellum piè ingressus
Hoc doloris monumentum aspicis
Lege, quod vides, et luge
Hic quiescit
Qui in virtutum ac scientiarum stadio
magnos fecit grefsus et progrefsus
veri et recti constanter amans
nempe
Reverendissimus perillustris ac
Generosus Dominus Maximilianus
Franciscus Josephus
ab
Otten
I. V. Ltus Ecclesiae metropolitanae Coloniensis
et Cathedralis Constantiensis. nec non Regiæ
Collegiatæ Kerpensis Presbyter Canonicus
Capitularis et respectiue Præpositus, Decanus
et Sigillifer major adjunctus
Quem
Serenissimus Elector et Dux Bauariae
Maximilianus Emanuel dignatus est
Habere â consiliis aulicis
Eumque
Destinavit comitem sereniss. Filiorum Principum
ad Limina Apostolorum.
ibi subsistens
gloriae saecularis pertaesus
Ad Christi Collegium adjecit animum
Et Canonicus factus
vitae suae Canonem virtutem statuit.
Novit enim legem statutam omnibus
mori.

è Schedis D. Alfter.

175.

Ad S. Andream ante gradus chori in lapide sepulcrali Epitaphium ADAMI HAUSMAN, *Canon. Metrop.* † 1741.

D. O. M.
Hic resurrectionem exspectat
Adamus Hausman ex Osterrath
Sstae Theolog. Doctor. Metropolitanae
Electoralis et hujus colleg. ecclesiae Canonicus
Presbyter capitularis, Rmi et sermi
Principis Electoris Colon. Sigillifer
Major.
obiit 19. Marty Ao. 1741.
R. I. P.

Ex iisdem.

176.

Ibid. in Metropol. Epitaphium TILM. JOS. GODESBERG, *Officialis.* † 1754.

Haec requies mea
Hic habitabo quoniam
elegi eam.
immundus vermis, et sacerdos
indignus
Tilmannus Josephus
Godesberg
orate pro eo
ut quemadmodum in hac vita
studuit non erubescere
Evangelium,
ita Filius hominis cum venerit
in Majestate sua ipsum non
erubescat
obiit anno 1754.
2da February.

ex iisdem.

177.

Ibid. in Monasterio Clarissarum prope novum forum Epitaph. CL. JOIS IGN. *de* RODRIQUE. † 1756.

D. O. M.
JOANNI IGNATIO. DE RODRIQUE
Malmundariensi. serenissimi
Caroli Regii Principis Lothar. et Bar.
Ducis consiliario intimo actuali. hujus
Parthenonis Syndico Apostolico.
Jurium Licentiato. qui Ecclesiae et
Imperii Principes nobili servitio.
amicos officiis. pauperes beneficen
tià sibi devinxit. rem litterariam
multiplici scientiâ, editis libris, consiliis,
pecuniis ornavit. auxitque. morte
verè Christianâ An. MDCCLVI
aetat. LX. VI Aprilis defuncto filio
unico carissimo. hic apud tumulum
quem fieri jussit. parentes super
stites. et Caspar Jacqmotte de
Rodrique haeredes posuere.

è Schedis B. DE HUPSCH.

178.

Ibid. in Metropol. in marmore sepulcrali ante sacellum S. Regum Epitaph. CLEMENTIS AUGUSTI, *Archiep.* † 1761.

Sta Viator.
et
Augustas reverere exuvias
R. et ser. Principis ac Domini
D. CLEMENTIS AUGUSTI
Archiepiscopi Colon. s. R. I. per Ita
liam Archicancellarii et Prin
cipis Electoris, Legati nati s. se
dis Apostolicae, supremi adminis
tratoris Borussiae, magni magistri

ordinis Teutonici per Germaniam,
Italiam, partesque transmarinas
Episcopi et Principis Hildesien. Paderbor-
nen, Monasterien et Osnabrugensis
utriusque Bavariae Ducis etc. etc.
Qui
Anno MD. CC. LXI. Die VI. Febr. aeta
tis LX. annorum V. mensium, XX dierum regi
minis verò XXXVII, mensium II. et dierum XX. IV
pie placidéque obdormivit in Dno
R. I. P.

è Schedis D. Alfter.

179.

Elogium P. JOS. HARTZHEMII, *Soc. Jes. Collect. Concilior. German.* + 1763. *positum a cl. PINTI Ravennat, Secret. Nuntii Aplici.*

D. O. M.
JOSEPHO HARTZHEMIO
SOC. JESU. PRESBYTERO.
THEOLOGO. PHILOLOGO. ATQVE. ORATORI.
EXIMIO
LINGUARVM. ORIENTALIVM. EXOTICARVMQVE.
SCIENTISSIMO.
IN. PATRIO. OLIM GYMNASIO. SACRARVM, LITTERARVM.
INTERPRETI.
QVI.
QVOAD. VIXIT. PIETATEM. IN. DEVM. AMOREM. IN. PROXIMOS.
URBANITATEM. LEPORES. MIRE. EXERCVIT.
VIRO.
NUNTIIS. APOSTOLICIS. PRAESERTIM. VERO CAESARI ALBERICO, LVCINIO.
NVNC. SANCTAE. SEDIS. APOCRISARIO.
QVI. ILLVM. SAEPE. IN REBVS. ARDVIS. CONSILIARIVM ADHIBVIT.
APPRIME. CHARO.
OPTIMORVM. STVDIORVM. CVLTORES. COLONIAE. AGRIPPINENSIS.
MERITO. PARENTANT.
VIXIT. ANN. LXIX DIES. IV.
OBIIT. APOPLECT. XVI. CAL. FEBR A. C. M. DCC. LXIII.

Quis furor est, atram bellis arcessere mortem?
Imminet, et tacito clam venit illa pede. ex Tibullo.

Conc. Hartzheim Tom. 5 à P. Scholl. continuato.

180.

Aliud Epicedium in mortem ejus per Cl. CORN. VALERIUM *de* VONCK.

DIVIS MANIBVS.
Venerabilis Patris Josephi Hartzhemii ex soc. Jesu
Viri pietate atque eruditione celeberrimi.

Tune adeo moreris? Tu me sic, care, relinquis
Gloria Pierii rara, Josephe chori?
Cujus amicitiae quamquam mihi foedera demum
Tertia post isthanc prima ferebat hiems:
Sic tamen à summo mihi jam disjunctus amico,
Et videor magna sic mihi parte mori,
Tamquam ter Pyleos Tecum sociatus in annos,
Tempus amicitiae et nostra juventa foret.
HARTZHEMI moreris? sine me, venerande, veheris.
Aetheris in summas, nubila transque, plagas?
Nullumne ergo Tui monumentum cernet amoris,
Aut reliquum quidquam VONCKIVS ille Tui?
VONCKIVS ille tui specimen praesigue favoris,
Cui noctes memini, Teque dedisse dies,
Litera quem Batavis toties invisit in oris,
Litera Teutonico visit in orbe tua.
Sed frustra meminisse juvat! jam ridet ab alto
HARTZHEMIVS secli ludrica vota sui.
Et tamen ex alto sic consolatur amantes,
Illorum ut semper se meminisse sciant.
Illorum numero me nunc, et care reponas,
In Superisque mei Tu meminisse velis!
Fallor et an' isthic CAROLI tibi maxima quondam
Principis ut fuerat cura, beatus agens
SVLTZBACHIDVM stirpi mansura Palatia poscis,
Et sobolem CAROLO Numina poscis ovans?
Haec rata sint utinam Tibi vota, precesque bonorum!
Sic minus HARTZHEMII fata dolenda mihi.

Ex iisdem.

A P P E N D I X.

Aquisgrani, *Epitaph.* CAROLI MAGNI, *Roman. Imperat. in templo B. Mariæ.*

Sub hoc Conditorio situm est corpus
CAROLI MAGNI et ORTHODOXI IMPERA-
TORIS, qui regnum Francorum no-
tabiliter amplificavit et per annos
XLVI. feliciter rexit. Obiit anno
aetat. LXXII. V. Kal. Febr. Anno DCCC
XIV.

Aliud a CIACCONIO *in vitis Pontificum positum.*

MAGNI CAROLI
Regis christianiss. Romanorumq.
Imperatoris corpus, hoc
sepulchro conditum
jacet.

FR. SWERTII select. christian. orbis Delic. pag. 440. 441.

Elogium P. P. RUBENII (RUBENS) *nat. Coloniæ* 1577. *mort. Antwerpiæ* 1640.

PETRO PAULO RUBENIO
Regis Hispaniarum ad Care-
lum I. Reg. Angliae Legato,
PICTORI IMMORTALI,
Artis pictoriae in Europa
Instauratori celeberrimo,
Pictorum omnium admirationem
merito,
vitae morum gravitate,
Sapientia et vitae in-
tegritate praestan-
tissimo.

è Schedis CAROL. LUDOV. JOS. DE BRION, Belgae.

Elogium ANNÆ MARIÆ *a* SCHURMANN, *nobilis Domicellæ, nat. Coloniæ, mort. in Viiwert Frisiæ* 1678, *Ætat.* 71 *an. sculpt. sub ejusdem Icone Parisiis.*

Dès son Enfance instruite aux profondes sçiences
De huit Langues elle eut les vastes connoissances
Et l'on vit tour à tour dans sa sçavante main
L'equerre, le pinceau, le ciseau, le burin,
De ses doctes talents la Hollande charmée
Fit dans tous les climats voler sa renommée.